Alia tamen tria enumerat Plautus Bacchidibus;  
a Signum ex arce si perīsset, alterum etiam est Troi-  
li mors,  
Tertiū cum porta Scaē limen superum scinde-  
retur.

Teutáρα verò περώματα dicit, quæ Hercules (à quo postea Philoctetes) à Teutaro præceptore accepérat. Meminit Theocriti Scholiaстes Idyl- lium xiiii. Eχῆτο δέ, inquit, ἡρακλῆς σκυδοῖς τό-  
ξοῖς μιδαγάδες ὑπό πνῳ Σκύδες Τευτάρες

σείσας οὐδεν τὸ κατήρευτον χθονὸς) Rectè ad Cory-  
thum Oenones ex Paride filium huc à Scholiaстe  
referuntur, qui à matre repudiatam se ægrè feréte  
cōtra Troianos ad Ilium missus est, ubi & à patre  
deprehēsus, atq; imperfectus. Parthenius ἐρωπικὸν  
λέγει. Eκ δὲ Οἰνώνης καὶ Αλέξανδρος τῶν ἔγενεο Κόρεων.  
Ἐτρ. ἐπίκυρος διαφιλέμενος εἰς Γλιον Ελένης ἡράδην, καὶ  
αὐτὸν ἐκείνη μάλα φιλοφέρων ὑπεδέχελο, λιβὴ δὲ τὸ ιδέ-  
αν κράτος, φωράσους δὲ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἀνεῖλεν. Hac  
pro Scholiaстe Pathenius, quem non videtur le-  
gisse Canterus.

αὐτῷ δὲ φαρμακευτὸς ) Oenonem medicinę peri-  
tiam habuisse patet etiam ex Heroidum Ovidianarum epistolis, ut quæ eam ab Apolline accep-  
erit. Ita ipsa de se.

*M*e fide conspicuus Troia munita amavit,  
Ille mea spolium virginitatis habet.  
Id quoq; luctando, rupi tamen ungne capillos,  
Oraq; sunt digitis aspera facta meis.

Nec pretium stupri gemmas aurumq; poposci.  
Turpiter ingenuum munera corpus emunt.  
Ipse ratu dignam medicas mibi tradidit artes,  
Admisitq; meas ad sua dona manus.  
Quæcumque herba potens ad opē, radixq; medēdo  
Utilis in toto nascitur orbe, mea est.

(εἰς ιασμον ἐλκρ. Θρακῶν) Per εἰς ιασμον ἐλκρ.  
mortem Paridis intelligit Lycophron, εἴοquin  
quomodo cum Parthenio ei conveniat νόνον.  
qui, ἐρωπαν δ. tradit Oenonem solam Paridis  
vulnus potuisse sanare. Αλέξανδρος, ait, διεπέ-  
μενος Ευκολῶν κατὰ τὴν ἴδην ἡράδην τῆς Κεφεύς θυμα-  
τεῖς Οἰνώνης, λέγεται δι ταῦτην ἐπ τῷ κατεργάτερῳ δε-  
σπόζειν τερψι τῶν μελλόντων, καὶ ἀλλως ἐπ τῷ συνέστε-  
φερεν τὴν μέρα διαβεβοῦσαν. ο δὲν ἀλέξανδρος αὐτῷ  
ἀγαγόμενος παρὰ τὴν πατρὸς εἰς τὴν ἴδην, θεῶν αὐτῷ στε-  
σανδροῦ ήσαν, εἷχε γυναικαν καὶ αὐτῆν (legge εφι) φιλοφε-  
νόμενος μηδαμῇ περιείπειν, εὺ πεπειστέρα τε πικῆ  
δέ, οὐδὲ συνιέναι μὲν ἔφασκεν εἰς τὸ πατρὸν, οὐδὲν τῶν  
αὐτῆς ἐρών, γένοντα μὲν τοι τινα γενήσεται, εὺ δὲ πατε-  
λάδες αὐτῷ εἰς τὴν εὐρώπατην περιειστοπει, κακεῖ  
ποντεῖς ἐπ γυναικί ζένηται πόλεμον ἐπάξεται τοῖς οἰκε-  
τοῖς. Εξηγετο δέ οὐ δεῖ αὐτὸν εὐθὺ φολέμω τρωθῆναι, καὶ  
διπλάσιον διότι ἔσται ὑκκη ποιῆσαι, η αὐτῷ.

Εννον διχόνει μόδεν) Parthenius loco citato. Τοι  
κύρικος ία λεχθέντα παρατίτης οἰνώντις θάττον ἀπαγγεί-  
λαντος, ἀδυμίσας δὲ ἀλέξανδρος ἐξέπενθεται οἰνών δὲ  
ἐπειδέντον ήδη κατὰ γυν κείμενον ἐλθεῖσαν ιδεν; διεγόμε-  
νον τε, καὶ πολλὰ καταλοφερεμένον διεχείσασθο ἐσαντην.

Πατα καὶ τειπωλά) Ter captā dicit Troiam Lyco-  
phrō, cui astipulatur Theocritus Τευκρίδη τειπο-  
νον appellās in obscurā Arā. De duabus expugna-

114 IOANNIS MEVRSI  
tionibus loquitur Pindarus Isthmion. Ode v.

ἀλλ᾽ εὐοίωνδι μεγαλήτορες ὄργαι  
παιακοῦ, παῖδαν τε, τοὶ καὶ σὺν μάχαις  
δις πόλιν τρέψων πράστον, ἐπόμενος  
εἰσῆρεται πρέπειν,  
καὶ σὺν αὐτῷ θύεις

Iam de tertia queramus: Eam invenio sub Charidemo quodam accidisse, servi & equi operâ ad eam rem usq;. Narrat fuisse Polyænus Strategatum lib. 3. sib finem: nam quod de Amazonibus quidam proferunt, non credo nisi authorum testimonia videam. Sed audiamus Polyænum. Χαριδημοφίλεων λειψανίων ἀπέτιν πόλιν, οικέτης ιλίου πρεσβύτερος ὅτι λείαν συλλαβὼν, μεγάλοις δώροις ἔστις πρεσβύτερος τὴν πόλιν. Ήντις τις δὲ φάνετο τοῖς φυλάττυστοις πόλισι, ἔδωκεν ἀπὸ πολλὰ περβάλαι, καὶ ἀνθράποις δις τῷ καὶ τρίτῳ φάγαντον. οἱ δὲ φύλακες ταῦτα νέματα, συνεχώρουν ἀπὸ πολλάκις ἐξένενται νύκτιοι, καὶ σὺν ἀντράνδραις πλειονας, τὴν λείαν πεισταύσοντα. χαριδημοφίλεων δὲ μὲν σὺν ἀπὸ σύλλαβὼν ἔδοτος, πατέρος τούτων ιμάτια πεισταλὸν τοῖς ιδίοις ἀνθράποιν πάπισμάν τοις ἔδωσεν ἀπότοις τὰ τε ἄλλα τῆς λείας, καὶ πατῶν ὁς αἰχμάλωτος. οἱ φύλακες ήντις δέξαντο τὸ ἵππον, πάσουν τὸ πόλιον ἀντέβαντον. οἱ στρατῖοι τῷ ἵππῳ συντασσόντες Τούς τε φύλακας ἀπέκτειναν, καὶ τὸν λοιπὸν δύναμιν δέξαμενοι τῆς πόλεως ἐκράτησαν, ὡς εἰ καὶ τῇ παῖδες, δεύτερον ἑάλω τὸ πόλιον, πάσιν ἵππῳ παταραγμένον. Sed & quartūm capta fuit, & incendio funditus deleta à C. Fimbriâ Nicomediae legato, annis cl. l. post Græcorum eversionem. Vide Appianum, & Augustinum de Civitate Dei, lib. i. i. cap. vii.

δις πόλις ἐν βασιλεῖ σκύτῃ) Dardanus Iovis ex Ele-

trâ

## COMMENTARIVS.

étrâ filius factâ inundatione è Samothraciâ utribus in Idam Troiæ promontorium transavit. Homerî Scholiastes (quem non rectè Didymum nonnulli existimant, qui sapè in istis scholiis citatur: equidem, si conjecturâ locus, Ioannis Tzetzæ esse dicam, qui ipse in Chiliad. Var. Hist. Commentarii sui Homerici meminit, neque me movet Ammonius, qui in voce χλαμὺς Didymi verba profert ad Iliad. β. quæ ibi nullus invenias) is itaque Scholiastes hoc modo ait. Δέρδανος, οἱ Δίδος καὶ Ηλέκτης τῆς Αἴτλανθρακοπετρᾶς διών (lego λιπών) τὴν Σαμοθράκην ἐπομβοῖς γενομένης, κατασκευάσσες σκεδίαν, καὶ δισκὸν ἔστητο πειστεῖσθαι, διεκοπέδην εἰς τὴν ίδιαν τῆς τραϊάδος, καὶ Ἀπόβατος δίδος ὑποδεμένος κτίζει πόλιν, πὴν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ δέρδανταν ἐκδιλεσσεν. Et Nonnus Monostakâlib. 3.

πάτερον θέδεις ἔστεσσε

- δέρδανθρακοπετρανον ενάστατο πέτρεγν άρούρης  
- δέρδαντος ἔνπυρον ἐπάνυμον ἀσυνχαρέτας,  
- ίδιατοις ἀστηῖσι διαγέγρατος κόνιν δόλκη.

Huc etiam referri debent illa Virgilii Aeneid. vii.

Atque equidem memini (fama est obscurior. annis)

Auruncos ita ferre senes, his ortus ut agris  
Dardanus Ideas Phrygia penetravit ad urbes,  
Trehiciamq; Samum, qua nunc Samothracia fertur.

quibus duobus postremis versibus inest τὸ ὕπερον πρόπτερον ut vocant. Vide Eustathium ad Dionysii πειστησιν. Apollodorus lib. 3. aliam abitus causam ponit, dicens Dardanum interitu fratri Iasii (quem Iupiter, quia Cœreri vim intulisset;

116. IOANNIS MEVRSI  
fulmine interficerat ) mortuum, relicta Samo-  
thrace in objectam continentem enataisse ad  
Teucrum Scamandri fluvii Idæaque Nymphæ fili-  
um. Utrem verò *μανθόν σκύτον* appellat, quia ex  
demoniorum animalium corio eos veteres con-  
suebant. Vide Etymologici auctorem, & Artemis-  
dorium lib. v. cap. xxii.

*Ζερυνθον ἀντεγν)* Zerynthus antrum est in Samo-  
thrace. Nicandri Schol. Σπειράκοις. Tò Ζερυνθον ἀν-  
τεγν ἐν Σαμοθράκῃ φασὶν ἔτι. Λυκόφρων δέ εἰπε. Ζερυ-  
νθον ἀντεγν τῆς κυνοσφαγῆς θεᾶς. ὁ δέ σοίλαος τῆς  
ἐκάπις. Aristophanis Scholiastes ad εἰσήλου παρα-  
εῖ configere solitos, qui in magnis periculis ver-  
sarentur, & mox ubi Hecatæ & Corybantibus fa-  
scificassent, liberatos fuisset. Idem Suidas ἐν Σαμο-  
θράκῃ ίπου τελεταὶ tires, ἀς εἴδεντες τελείωσι τῷδε  
ἀλεξιφόρῳ μάχη κινδύνῳ τινῶν. λιβ. δὲ ἐκεῖστι καὶ τὰ τῶν  
κορινθάρτων μυσθεῖσαι, καὶ τὰ τῆς ἐκάπις, καὶ τὸ ζερυ-  
νθον ἀντεγν, ἦν καὶ ἔδουν. ἐν κινδύνοις ἐν γυναικεῖ, ἐπε-  
καλοῦντο τούς δαιμόνας ὀπήφανούς καὶ ἀλεξῖτους. ἐδό-  
κουν δὲ ὄρμεταντέροις τάντα, εἰς τῶν δεινῶν οὐζεδαι-  
ται εἰς χειμάνων. Huc pertinet illud Diogenis Cy-  
nici apud Laertium lib. vi. in vita ejus. Θαιρά-  
σοντο τεῦδε τὰ ἐν Σαμοθράκῃ ἀντί ματε, εὖ, τωλ-  
λῷδὲ εἴη στλεῖσαι καὶ δι μὲν οὐδέντες ἀντίδεουν.

*τῆς κυνοσφαγῆς θεᾶς*) Hecaton intelligit cui  
immaculabuntur, ut tradit Theocriti Scholi-  
canes immolabuntur, & Plurarchus *φωμαῖοις*. Inde est  
aestes idyllo 2. & Plurarchus *φωμαῖοις*. Inde est  
apud Theocritum.

*Τἄχθονθέκατα τὰν καὶ σκύλακες τεμέοντι.*  
quā de causa etiam ἐκάπις στράλματα nuncipa-  
bantur. Heychius, ἐκάπις ἄγαλμα, τὰς κύνας ὅτι  
φασι,

φασι, διὰ τὸ ἐπόφερδιν ἐκάπις κύνας. Emendabis verò  
Stephanum in Ζερυνθον, apud quem depravatissi-  
mè legitur hic versus:

*ζερυνθον ἀντεγν τῆς κυνὸς φανῆς θεᾶς.*

*κυρβάντων*) Corybantus Iasit & Idæ filius  
fuit, ac simul cum Dardano sacra Cybeles in  
Phrygiam deportavit, ejusque Deae sacerdotes à  
suo nomine Corybantes dixit, auctor Diodorus  
Siculus. Sunt qui hos quinque & viginti fuisse  
existimunt, alii 111. atque ex iis xxxiiii. deinceps  
nuncupatos veneficos fuisse, reliquos Αἴγιοις di-  
ctos beneficia dissolvere potuisse. Vide Apollonil  
Schol. lib. i.

*ὅτι ημέθυνε πάσαν δύμηνσας χθόνα*) Diluvium hoc,  
de quo agit Lycophron, tertium fuit, si Nonno  
credimus, qui Dionys. lib. 3. tres *κλακανομένους* enu-  
merat, in quo non convenit ei cum Xenophonte,  
qui in lib. de Äquivocis quinque ponit, primum  
trimestrum sub Ogygo prisco, secundum Nilium  
cum menstruum sub Hercule & Prömetheo Ä-  
gyptiis, tertium bimestrum in Achaea sub Ogy-  
go Attico, quartum Thessalicum trimestrum sub  
Deucalione, quintum etiam trimestrum sub Pro-  
teo Ägyptio, qui Paridi Helenam eripuit. Etiam  
Isidorus Origin. lib. 13. cap. 22. tria diluvia re-  
censet.

*ζενός καχλάζων νασμέδος*) Veterum ista fuit opini-  
o Iovem aetherem esse, cui concipiendi, gene-  
randique & cuncta vegetando nutriendi vis ines-  
set. Virgilius.

*Tum pater omnipotens fœcundis imbribus ather  
Conjugis in gremium late descendit, & omnes*

*Magnus alit magno permisitus corpore fatui.*  
Horatius. *hunc iuvet amorem, & amorem hunc.*

— *manet sub Iove frigido*

*Venator tenera conjugis immemor.*

Calpurnius eleg.v.

*Dum pergit vernum: Iovis inconstantia tēpus.*

Profluxit ea opinio ab Anaximene & Cleanthe.  
*Vide Laetantijm lib. 1. cap. 5.*

(καὶ οὐδεὶς) Ovidius etiam in diluvii descriptione Metamorph.lib. 1.

— *silvasq[ue] tenent delphines, & altis*

*Incurvant rarusq[ue], agitataq[ue] robora pulsant.*

(φίβοντο φῶκαι) Ovidius libro citata.

*Et modo quā graciles gramen carpere capelle*

*Nunc ibi deformes ponunt sua corpora phoē.*

Tρίπωνες εἰς αἴστηγμα περιεργαῖς κυνός) Helenam columbam vocat ob libidinem, ob quam ea avis etiam Veneri sacra. Canem autem, ob conjugium

multitudinem, canes namque indifferenter cum quavis coēunt. Salvianus, ut alios omittamus, lib. 4. de Dei providentia. Nunquid enim aliquis

ex servis turbas cōcubinarum habet? nunquid multarum uxorū habe polluitur? ut canum vel suū more

tantas putet conjuges suas esse, quātas potuerit libidiṇi subjugare? Vel canem vocat, quod ejus raptus

& Græcis & Troianis infaustus fuerit, nam canis olim inopinatus cōspectus mali ominis erat. Terentius Phormione Act. xv. Sc. 1v.

— *post illa monstra evenerunt mibi,*

*Intruit in ades atē alienus canis.*

*Anguis per impluvium, &c.*

Sophocles antijón.

τὸν αὐτούματ' ἡ κύνεις καθίγνωστη.

Horat.lib. 111, Od.xxvii.

*Impios parra recimenti omen.*

*Ducat, & prægnans canis.*

Vel propter impudentiam. Terentius Eunuchi Act. iv. Sc. vii.

— *ain' ὑερὸν canis?*

Quo loco Interpres vetus. *Hoc verbo impudentibus inimicis convitium fieri solet. nam militare dicatum est in hostem C A N I S.*

(ὑπέροφοιον τοῦ τόραντον ιχλοχειταί.) Per Tόραντον γενέσθαι οὐρανού cygnū intelligit, in quo mutatus Iupiter Ledam compressit. Didymus ad Odyss. λ'. Ζεὺς Λίδας ἐγένετο Θεσίς πατέρος, εἰς κύκνον ἔστησε πετεῖαλλεν, καὶ διαπτάσθαι μετίην αὐτῆς, μετὰ χερόν τοῦ πετεῖου πέποντος ἀπὸ πετεῖου τούτου εἰς λάρνακα, οὐδὲν συνέπει τοῦ πετεῖου πέποντος καὶ Ελένην γενέτα. Hæc ille. Ovidius quoque Met.lib.vi.

*Fecit olorinis Ledam reeubare sub aliis.*

Vnde & Gregorio Nazianzeno κύνος dicitur. Vide etiam Apollodorum lib. 3. Fabulæ allegoriam ex Melisso refert Fulgētius Mytholog. lib. 2. Sunt qui velint ovum hoc è lunâ decidisse. Fides sit penes authorem.

κελυφάνῳ ερεύσιον δε σακαρμένην) Athenœus lib. 2.

ex Clearchi Eroticis refert in cænaculis, quæ φία dicebantur Helenam nutritam fuisse, atque inde natam fabulam de ejus ex ovo ortu. Athenæi hæc verba. Εὐφέλεν δὲ καὶ τὰ νῦν τῶν οἰκιῶν παρὰ ὑμῖν καλύμμενα ὑπερώδα, φία. φοῖ Κλέαρχος ἐν ερωποῖς.

Τὴν Ελένην φάσκων ἐν τούτοις οἰκύμασι τεφομένην, δέξαντα πενθήματος παρεῖστοντος οὐ εἴ τις ἦν μετανη-

μέντον ὃς εὐθὺς Νεοκλῆς ὁ Κροῖσος πάτης ἔφη, οὐδὲ τῆς σελήνης ταύτην τὸ ἀδύον, ἐξ ἡγεμονίας Εἰλένην γεννήθηνται. Lucianus in Gallo proceritatis collitribuit, quod candidum & olorinum planè habuit.

Ἐπατρὸς κόπωρος σειβοντα παντοῦ βυσσάθμων) Regium antiquitus pecora pasceere. Didymus ad Odyl. xiii. Τὸ παλαιὸν καὶ οἱ τῶν βασιλέων παῖδες πανάπολοι (lego παναπόλοι) εκπαλένθο, καὶ ἐποίμανον. Hesiодος Scholia lib. i. Τὸ παλαιὸν βασιλεῖς πολυθέμονες, καὶ ποιμενικῶν ἔχων τὸν βίον. Vatro de Re Rust. lib. 2. cap. 1. De antiquis illustrissimus quisq; pastor erat, ut ostendit Graeca & Latina lingua, & veteres poëta, qui alios vocat πολυάργυρος & πολυμήλος, alios πολυθέμονες. Quietiam p̄sas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt.

Pag. 10. Σχῆματα τὸν θυμῷ πίτων) Dearum de formâ contentio, & Paridis judicium satis nota. Vide Isocratem ξελένην ἐγκαμψη, & Ovidiu in Epistolis. Athenaeus lib. xi. δειπνοσοφισῶν putat illud judicium virtutis voluptatisque comparationem representare, & quia potior judicata Venus, id est, voluptati posthabita virtus, meritò cuncta confusa & perturbata fuisset. Alii Paridem virum eruditum credunt, orationemque in Veneris laudem compausisse, eatque Iunoni & Palladi in eā prætulisse, cecinisse quoque hymnum in Venerem quem καὶ σὸν vocaret, pōst à patre in Graeciam sacrificiorum causa missum Helenam rapuisse, belloq; dedisse occasionem. Proclus è tribus vivendi generibus amatorium eum' amplexum existimat. Huc pertinet Aristippi jocus, quo usus apud Dionysium: cum enim ille ei tres meretrices offerret,

ret, ut quam vellet eligeret, tres simul abstulit, dictans neque Paridi tutum fuisse quod unam elegisset. Narrat Diogenes .Laertius lib. ii. Διονυσός δὲ ποτε, τελῶν ἐπιτρόπων χοστῶν μίαν ἐκλέξας κελεύσαντο, τὰς τρεῖς ἀπίγαγε, εἰπών, οὐδὲ τῷ πάρεστι συντίχει μίαν πεσκεῖναι. Accidit autem hoc iudicium in loco qui Αλεξάνδρειa dictus. Stephanus. Εἰσὶ καὶ τόποι ἐν τῇ Ἰδῃ τῇ τραϊκῇ ἀλεξάνδρεια λεγόμενοι, ἐν τῷ φασὶ τὸ πάρεν διαχρίνει τὸν δεῖς. Apud Homerum verò judicii Paridis nusquam mentio, quod observabit Macrobius lib. v. cap. xvii. Nullam commemorationem de iudicio Paridis Homerus admittit. Virgilius tantam deam, quod cuivis de honestis fœmina deformis est, velut specie viuam Paride judicante doluisse, & propter Catamiti pellicatum totam ejus gentem vexasse.

Τράμωις σ' ὄχησι καὶ φερέκαλχοι πόδες) Bene admodum Paridis barbari navem τεχμπιδα vocat usus propriâ vocabuli significatione, nam τράμωις, ut ait Nicandri Schol. μετων βαρβαρικὰν πλοῖον δέν. Fallitur autem Isacius noster dum πόδας naves explicat, quem malè sequitur Canterus ille. Ego vero remos dico. Nonius Marcellus. Remi sunt navales pedes. Etiā Artemidorus lib. i. cap. 50. pedes remos interpretatur his verbis: πλείονας πόδας ἔχειν ἀγαθὸν ἐμπορεύειν καὶ ναυκλήσω. ομάδαν γδ πλείοναρ ἀρέξαν, καὶ παντὶ μισθῷ τάττει τρέφοντες. καθεεντη δέ ἰδόντε τὸν ὄντερον ομαδίνην γαληνην. πλείονις γδ ποσὶ χειρεσται τῆς νεάς ἐρεσομένης. Hinc Remipedem navem dixit Ausonius. Et Callimachus epigrammate vi. ἐρέσων ποστὸν. Lucilius Sat. lib. viii.

Verum flumen uti atq; ipso divertio aquarum

*I*lignis pedibus cercorum concinit equis.  
quos vertus emendent alii quibus plus otii. Inde  
quia remi appellati sunt pedes, naves ambulare di-  
cuntur. Cato de Re Rust. cap. 1. Si poteris, sub ra-  
dice montis siet, in meridiem spectet, loco salubri, ope-  
rarium copia siet, bonumque ibi aquarium & op-  
pidum validum proprie siet, aut mare, aut annis qua  
naves ambulent. Hinc refuto Villiomarum qui  
negat dici posse navem ambulare pedibus. Quid  
quod similiter Salustius scaphas progressas dicit.  
Verba ejus ista: Earum aliae paullulum prograsse  
nimio simul & incerto onere, quum pavor corpora  
agitaverat, deprimebantur. Quem locum lector,  
acceptu referes Scriverio meo, magnae industriae  
juveni. Huc pertinet quod cursus à poëtis tribua-  
tur navibus. Vide Agell. lib. x cap. xxvi. Vocantur  
tamē alias pedes funes nautici quibus vela adstrin-  
guntur. Vnde etiam poëta noster ποδῶντι λίνα vo-  
cat. Dicuntur vero φεράλιδοι πόδες à fabricatore.

χαρπύλιοι χάσιοι πούντας) Navis curvi dé-  
tes sunt ancorae, quæ arenæ impactæ mordicus  
cam retinént. Symphosius in ænigmate de ancora.

Scrutor aquas medias, ipsas quoq; mordeo terras.  
Virgilii Æneid. lib. 1.

fessas non vincula navis

Villa tenent, unco non alligat ancora morsu. Inde  
mordaces ancora: Sidonius Epistol. lib. viii. Prete-  
rea de continentis in patriam vela laxantes hostiis  
mordaces ancoras vado vellunt. Itaque dentes na-  
vis ancorae sunt. Isidorus Orig. lib. 19. cap. 2. An-  
cora dens ferreus. Virgilii Æneid. vi.

Obvertunt pelago proras, tum dente tenaci

Ancora

Ancora fundabat naves.

Nonnus ἀγκυλοδόντες χαλινὸς νοῖαν Dion. lib. 3.  
καὶ δέρθις Φαράωνος βαρυνομένη διὰ κόλπου  
ὅλκαδος ἀγκυλοδόντες ὅποι φίκοντο χαλινὸς  
μοιμένη φαῖται τοντό.

Pindarus χαλικογενεῖς χαλινὸν Python Ode. 4.

ἀντὶ αγκύσαν ποτὶ χαλικογενεῖς  
ναὶ κομιγάντων ἐπέτοσε θαῦται  
ἀργεῖς χαλινὸν.

Alioquin etiam navis dentes appellantur τάρη-  
εολα, sive rostra. Porro Dentes Latinis dicuntur  
non solum quibus cibus atteritur, sed id omne  
quo aliquid teneri aut execari potest, teste Nonio.  
Ad anchoram porro quod attinet, eam invenit  
Anacharsis Scytha teste Laertio lib. Ieūρε δὲ εἰς τὸν  
βίον ἀγκυράν τε, καὶ κεφυρικὸν τε σχόν, ὡς πρεσ.

ειναρχώνοντα σόλον) Illustrissimus Iosephus Scad-  
iger retulit mihi legisse se apud veterem quen-  
dam scriptorem Grecum, classem hanc velo-  
rum novem fuisse. quod tamen manifestè fal-  
sum. Lege Libellos qui Dictyn & Daretem men-  
tiuntut.

(τὰ ἀνυμφον πόρην) Helenam πόρην vocat, pro  
quâ buculam Lacedæmonii aliquando immola-  
runt. Historia, sive potius fabula, ita habet. Labo-  
rantes peste Lacedæmonii oraculo moniti sunt,  
liberando esse si virginem nobilem immolarent;  
Helenam autem cum fors petiisset, eaque ornata  
produceretur, aquila advolans gladium abripuit,  
& bucula ibi loci pascenti imposuit, que pro He-  
lena immolata fuit. Vide Plutarchi παέγλαύλοις.  
Vtautem hic Helena, pro qua vitula sacrificata  
fuit,

fuit, *πέρης* appellatur, ita infra Iupiter, pro quo Saturno datus lapis, *δίσκος* sive lapis vocatur.

*εἰς ἀρκυν δισκιαν βέροχων*) Externos laqueos interpretare amorem mulieris peregrinæ. Aproposito vero amorem laqueo assimilat ex Ägyptiorum mysteriis. Horus Ηεργυλυφικῶν lib. 1. Πλαγίς ἐφωτα ὁ θεός γνήματος λέκχοις τὸν ἀνέσχη σημαντεῖ. ita enim splendus corrigēdusq; ille locus videtur. Sic infra.

*Η μὲν παλένουσι δυστάντοις οἰστρα βέροχοις,*

*Ἐπειτας εἰς ἔραθας, αὖτις ἐρεννώνα*

*πικράν δ' ἀποφύλασσον κηρυχὴν πάγην.*

Erat apud poëtas alios sacerdotem obseruare.

*ἐμπταισσοντι ἵξεντε πῆρα*) Scholia stes dum πλεύτη interpretatur πλω ταχύτητα τῆς ἀλεξάνδρης, η τὸ πλοῖον, miserè inepit ut dissentiam auctor Pollux, qui ita ait lib. 5. cap. 3. Πιτέρυγες αἱ ἱερέων περιβολαι. & cap. 4. Εἴ τι δέ π ἀρκυνθέ μέρος, καὶ αὐτολένια, ὅπερ δι τὰ περιττὰ τῶν ἀρκύων. δοι μὲν κράσεδα, οἱ δὲ πιτέρυγια ὀνόμασαν. Latinis Linea sive Formidodicitur. Gratius.

*Ne reprehensa suis properantem linea pennis*

*Implicet.*

**Nemelianus.**

*Linea quin etiam magnos circundare saltus  
Que posset, volucresq; metu concludere pradæ,*

*Digerat innexas non unā ex alite pennis.*

**Intexebant ei retis generi plumas versicolores.**  
Hinc retia maculis distincta, dixit Ovidius in Epistolis. Prudensius maculas Hymn. III. καρδιναλίων.

*Callidus illaqueat volucres*

*Aut pedicis dolus aut maculis.*

**Meininit ejus retis etiā Seneca lib. 2. de Clemencia.**

tia. Sie feras linea & pinne clausis continet, easdem à tergo telis eques invessat, tentabunt fugam per ipsa quæ fugerant, procultabuntq; formidinem. Symmachus lib. 1. Epist. 47. Nam unde est hac sensuum in epistolis tuis novitas, verborum vetustas, si tantum nodosa retia, vel pinnarum formidines, & sagaces canes, &c. Apulcius in Apolog. Verum ego ista propterea commemoravi, non quod pinnarum formidines, & fuliginis maculam, te pre festum indicare, timerem.

*νίσσω δὲν δράκονθ*) Salamina puta. Δρέκοντα vero καταχειστάς posuit pro ὄφι, Cychreum autē designat, qui ὄφις cognomipatus fuit propter mortum asperitatem. Stephanus. Κυζεῖ Θεάτρῳ περὶ Σαλαμῖνα. Σοφοκλῆς Τεύκρω. Στο Κυζεῖως τῆς Σαλαμῖνθ οὐ ποτεδῶνθ, ὃς ὄφις ἐπεκλίθη διὰ τῶν τεχύτητα τῶν τερπῶν, quæ verba Stephani mutila moneo, & post Τεύκρῳ aliquid deeſſe, videlicet ὀνομάδι φυσι, aut tale quid, scribo itaq; pro puncto asteriscum defectus notam. Huc pertinent illa Eustathii ad Dionysium. Ή δέ Σαλαμῖν ἐβδομήκοντα καθίσιν ἔχει ποτεμελεσν, ή ὅγδοοντα, ἐκλείτο δέ ποτε πυχεία, εὐώ πυνο πυχείως, εὐώ λυκόφρων καὶ Αρπάνος μέμνωνται, ὃς ὄφις μὲν ἐπεκλίθη διὰ τεργυρῆτα θεῶν. Emendo. δ. 1. τερπων. Ut autem istiusmodi homines apud Græcos ὄφεις, ita apud Latinos Scorpiones appellabantur. Apuleius Miles. ix. Nonisti quendam Barbarum civitatis nostra decurionem, quem Scorpionē praemorū acritudine vulgus appellat. Cōtra mites Ovicula. Aurelius Victor. Quintus Fabius Maximus Cunctator, Verrucosus à verrucā in labris sita, Ovicula à clementiā morū dictus. εὐχέσα

*Ex x̄cas τῶνσ) Hic πέδος non tam de cupidine  
Venerē intelligi debet, quā de Paridis nave, quæ  
pictum in puppe Cupidinem habebat, ut ex Ovi-  
dio clarum, apud quem sic ipse Paris in epistola  
ad Helenam.*

*Troia ceduntur Phrygiā pineta securi,  
Quaque erat aquoreis utilis arbor aquis.  
Ardua proceris spoliantur Gargara silvis,  
Innumerāq; mīhi longa dat Ida trabes.  
Fundatura citas flectuntur robora naves,  
Texitur & costis pāna carina suis.  
Addimus antenas & vela sequentia malos,  
Accipit & pictos puppis adunca deos.  
Quā tamē ipse vehor comitata Cupidine parvo,  
Sponsor conjugii stat Dea pīta sui.*

Solebant namque veteres tutelæ nomine naves appellare, quod etiam observavit in nuperis ad Petronium Animadversionibus eruditus juvenis Ioannes à Wouweren. Servius ad Aeneid. x. Solent naves nomina accipere à tutelarum picturā. Lutatius ad Statii Thebaid. 8. T tutelam navis intelligimus cum gubernatore navigare, habent enim pictos praesules, quorum nominibus nuncupantur & naves. Inde apud Lucianū πλοιφ. Τιτλέπωνυμοὶ τις νεώς δὲ ἔχου τιτλόν τον ἐκατέρωθεν. Sic Virgilii Aeneid. v. Pristin, Chimera, Scyllam, & Cētārum nuncupat naves à tutelæ picturā, in cuius loci explicatione ineptiunt interpretes tam veteres quam recentiores. Et in x. Massici.

— aurato fulgebat Apolline puppis.

Claudius Quadrigrarius apud Nonium lib. XII.  
Rerū Rom. Quinque pristes, navigium ea forma a  
marinā

marinā belluā dictum est. Legō navigium ea forma  
à marinā belluā dictum est, pro navigatorū dictoriū;  
quā syncope ejus ævi autores affectatè usi.

*ἀκτῆς) Tota quondam Attica Acte nominata  
dicitur, quod maximam ejus partem mare attin-  
get, autor Strabo lib. 9. Vel ab Acteone, sive Acteo  
terrigenā rege. testes Plinius, Gellius, Solinus.  
Hinc ἀλαιον μέλι Andromacho μληνη mel Atti-  
cum. Similia apud Virgilium, Ovidium, Catul-  
lum, & alios poetas.*

*δειλίεγν ἔκαλον ὑπὸ φει κύπειν) Venerem secun-  
dam intelligit illam quæ πάνδημος dicta. Duas  
enim veteres Veneres statuebant, alteram ἔγειραν  
dictam, quæ honestos excitare amores, alteram  
πάνδημον, quæ in libidinē impellere putata. Pla-  
to quoque in Symposium duas esse Veneres ait, & ἡ  
μὲν ὁ γένες προσβλέπει, inquit, ἡ αἰγάτω, θεαγένεθ-  
ύτης, ἢν δέ και ἔγειραν ἐπονομάζομεν. ἢ ἡ νεαρέες δίδεις  
ἡ θάντης, ἢν δέ πάνδημον καλοῦμεν. Quæ Platonis lo-  
cūm indubie respexit Apuleius in Apologia, cum  
scriberet. Mitto enim altā illā & divina Platoni-  
ca, rariissimo cuique piorum gnara, ceterū omnibus  
profanis incognita: geminam esse Venerem deam,,  
proprio quaque Amore & diversis amatoribus pol-  
lentem. Earum alteram Vulgariam, quæ sit percita  
(lego prædicta, ut statim sequitur) populari Amore,  
non modo humanis animis, verum etiam pecunis  
& ferinis ad libidinē imperitare, ut immodico tru-  
cidij percusorum animalium serva corpora comple-  
xiu vincentem: alteram vero Cœlitem Venerem,,  
prædicta quæ sit optimati Amore, solis hominibus, &  
corum paucis curare, nullis ad turpitudinē stimulis  
vel*

vel illecebris sectatores suos percellentem. Quippe ejus amorem non amoenum & lascivum, sed contraria incorruptum & serium, pulcritudine honestatis virtutis amorem amatoribus suis conciliare: & si quando decora corpora commendet, à contumelia eorum procul absterre. Ita enim scribenba ea postrema verba monuit literarum lumen & columen I. Casauborius, quem meritò sequor. Huc pertinet quodque Epigramma Theocriti, cuius initium ita habet.

Η κυτταρίς ἡ πάνδημοι. οἰλόσκεο τὸν δέον εἰπώ  
Οὐεγγλαν, ἀγνᾶς ἀνθεμα χνουσογόρας.

Et illa Musaei.

εἰλλαίεις κιθέρειαν ἐπασκομένην ἀφερδίτην  
πολλάκις ή τὸν ἔρωτα παρηγορέεσκε διπλαῖς  
μητρὶ σὺν θεανίᾳ, φλογερὸν τερμένου φαρέτην,  
εἰλλαίεις ἀλέεινε πυριπνείοντας οἴστες,  
η η Κυτταρίδης πάνδημοι. οἰλόθεν ἑορτή.

Vide etiam Artemidorum lib. 2. cap. 42. Apud Phytumutum verò lib. de Nat. Deorum, cum ait: Καλεῖται δέ (η ἀφερδίτη) θεριά τε καὶ πάνδημοι. καὶ παναπτί, διὰ τὸ καν τῷ θεανίῳ, καὶ ἐν τῇ γῇ, καὶ δαλάσσῃ τὴν δύναμιν αὐτῆς δεωρεῖται. Legendum est πάνδημοι, καὶ ποντίνειν δαλασσοῖν, quod sequentia facile convincunt. Sanè juvat & Musæus extremo poëmate.

αιγαπαδῆς δὲ Λέανδροι ἀκηλάτοις εὐδίβατος  
πολλάκι μὲν λιτάρδος δαλασσοῖν ἀφερδίτην.  
Et anteā.

κύπρις ψόσποροι οἱ δαλάσσοις  
καὶ κρατεῖσθοντο.

Meminit utriusque Veneris Catullus Epigra. 69.

Nam

Nam mihi quam dederat duplex Amathuntia curam,

Scitis, & in quo me torruerit genere.

Ad Venerem πάνδημον quod attinet, de ea elegas locus apud Heliodorūm Ᾱthiopic. lib. 1. ἐπειδὴν τὸν πάνδημον ἀφερδίτην τὸ περιπτόν απομάζειν, καὶ τῆς καθ' ιδεοντὸν χρείας, ἀλλὰ τῆς εἰς πανδοχὴν σπουδῆς, πιθεῖμαντὸν γενέθλαι μεσοκεφάλων. Simulacrum eius Athenis in foro consecratum fuit à Solone, ut quidam volunt. Harpocration. Ᾱπολλόδωρος εἰ τῷ περὶ θεῶν, πάνδημον φονον ἀθήνησι κληθῆναι τὸν ἀφερδίτην (scribo αφερδίτην) περὶ τὸν ἀρχαῖαν ἀρχαῖν, διὰ τὸ ἐν πανδα πάντα τὸν δῆμον οὐαγρεῦσθὸν παλαιὸν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἀς ἐκδιλλον ἀρχαῖς. νικανδρος δὲ ἐν ἑκτῷ κολοφωνιακῷ, σόλωνά φησι σάματα ἀγοράσσοντα ἐν περιπῇ, διὰ τέοντες καὶ εἰ τὸν πελευτομένον χρημάτων ἴδρυσαντας ἀφερδίτην πάνδημον (scribo πάνδημον) ιερῷ. οἱ πάνδημον, πάγκονον. Sed quod ait inibi Solonem σάματα ἀγοράσσοντας ἐν περιπῇ, id vero ita habet, Solon inter pulcherrimas leges quibus Atheniensium Reip. firmavit, etiam constituit, ut ciues & se & fortunas suas redimerent, quæ lex σάμαχεια est appellata. Diog. Laertius lib. 1. Σόλων ἐξηκείδου Σαλαμίνιος, πρῶτον μὲν τὰς σεισάχθειας εἰσηγήσατο ἀθλατοῖς. τὸ δὲ λόγον πάντας σάματων τε καὶ κηρυμάτων. καὶ μὲν ἐπὶ σάματον ἐδανείζοι, καὶ πολλοῖς ἀποσταντί-  
τειν. ἐπειδὴ τὸ δέ ταλάνθινον ὅριον μέντον αἰλῆσ πετρέων,  
συνεχώσεις πετρῶν, καὶ τὰς λοιπὰς τὸ ὅριον προύτρεψε πετρᾶσαι. καὶ τος ὁ νόμος ἐκλίπη σεισάχθεια. Vi-  
de Plutarchum in vitâ eius.

ο γάρ σε συλλέκτροι φλεγμαίς πόσις) Proteus Paris-  
K di, cum

ridi, cum in Aegyptum venisset, Helenam ademit redditio illi ejus simulacro. Huc facit illud Stesichori.

*Tρέψοι τότε σαν (sic lego, non iσαν) Ελένης εἰδωλον ἔχοντες.*

Vide Herodotum mediā Euterpe. Meminit ejusdem rei Xenophon lib. de Aequivocis.

*Τείτων οὐκολαστον* Nilus fluvis Aegypti septem ostiis nobilis, Aegyptū quotannis cum sol in Cancro est flantibus Etesius inundatione suā fertilem reddens. Vide Heliodorum Aethiopic. lib. 11. Hinc in Messalæ genethliaco Tibullus.

*Tē propter nullos tellus tua postulat imbræ,  
Arida nec Pluvio supplicat herba Iovi.*

Vnde & à veteribus Aegyptiis Horomasdes, si Laertio fides habēda, qui tamen fallitur, est enim hoc nomen Persicum, quo Kalendæ designantur) hoc est Iupiter, vocatus est, divinique ei honores habitu sunt. Et Niloa Aegyptiis instituta, quæ celebabantur sub ortum inundationis. Heliodorus Aethiop. lib. ix. *Καὶ γὰρ πῶς συνέστεσεν νειλῶν τόποι τὸν μεγίστων πάρα Αἰγυπτίοις ἐφετὴν ἐνεσκένειν, καὶ τοπτὰς μὲν τὰς δεινὰς μύλισα, καὶ ὅπερ ἀρχὴν τῆς αὐξήσεως ἔστησεν;* & quæ sequuntur. Hic Triton aliquando, quandoque Aētos, Aegyptus, & Oceanus nominatus est. Postea Nilvs à Cyclopis filio Nilo Aegypti regē Tantali ex filio nepote. Servius tamen aliud etymon ponit. Inundationis caussas habes apud Solinum cap. 35. Horum iερεγγλυφικῶν ἁ. Lucretium lib. vi. & Apollonii Scholiasten lib. iv.

οὐα πεσφεὺς) Huc pertinent Artemidori verba lib. 3. cap. 65. Αἰσθάλεας ἀνθρώπων τυφλὸν ἢ τῆς συμβενούσας σημαίνει, καὶ ματαιόστοιαν, διὰ τὸ μάταιον τῆς γάρ σπόνον.

*λίποντα κάστην*) Meretricē vocat Helenam quē pag. 122 nupta Menelao cum Paride degebat. Potest etiam ad historiam referri, quæ narrat pictam aliquando à Zeuxide Helenam fuisse, quam quia amplū ex ejus pictura ille luetum reportaret, Græci meritricem vocitarunt. Äelianus ποικ. iσορ. lib. 4. Ο Ζεῦξις ὁ ἡγεμονεύτης ὅπε τὴν Ελένην ἔλεγε, πολλὰ ἔχηματιζότα ἐπει τέττα τῷ γεράμματι. οὐ γὰρ εἰσὶν, καὶ ὡς ἐτυχεῖσις βούλομέντος εἰσὶ ὄρεαν ἀντίν, ἀλλ᾽ ἔδει ρήτορὸν ἀργέαντον καταβαλέν, εἴτα στεθάνατο. ὡς οὖν μάθωμα τῷ ἡγεμονεύτῃ λαμβάνοντι. οὐτέρ τῆς γεράθης, ἐπάλευσι τόποτε ἐληνης ἐκείνην τὴν Ελένην ἐταῖχεν. Cum autem hanc pinxit, quid de eo opere homines censi sunt expectandum non putavit: sed protinus hos versus adiecit ex Iliad. γ'.  
Οὐ νέμεσος Ιερᾶς τε καὶ ἐννίμιδας αὔχαινες  
Τοῦδε δημοὶ γυναικὶ πολὺν χρέον ἀλγεα πάχειν  
Αἰρός αἴσυνθησις θεοῖς εἰς ὅπα εἵπεν.

Vide Val. Max. lib. 111. cap. viii.

*αἰγαλῶν οὐ γυνίτῳ πάχειν). Sic apud Horatium lib. primo, Sat. 3.*

*Concha salis puri.  
& Persium Sat. 3.*

*— purum & sinc labe salinum.*

Catullus.

*Quod culustibi: purior salillo est.*

Vide Acronem. Neptuni autem salem vocat, quē ille (ut est apud Iul. Pollucem lib. 6. cap. 10.) in

Tragasi (nam τεργάσσων non τεργασίς lego) gratiam conglutinavit. Si quis tamen ἀπλῶς per Neptunū mare intelligat, non ineptè fecerit, qua ratione Alexander Aetolus citante Parthenio.

ἀλλα ξυνεώντα θαλάσσης

nuncupavit. Mos verò erat veteribus salem in mēsa hospitibus apponere, eo concordiam inter se mutuò optantes, ut ex iacuâ & terra ille constat. Plutarchus ἐλλωνικός. Λαβὼν αὐχμάλων ἀστῆν τοιχάδε, καὶ μελαθές ἀλῶν τε καὶ τεργέζης, ἀστέπεμπεν τοιχάδε. Heliodorus lib. i.v. Δημωθές γέ σομαι καὶ τὸν ἀγροκοιλέων, σπουδῶν καὶ τεργέζης κοινωνίωντας, καὶ φιλίας ἀρχὴν ἔργον ἀλας ποιησαμένος μὴ ἔχει καὶ τὰ περιστατικά ἀλλάλων γνῶσιν ἔχοντας αἰσθατεῖν. Item lib. vi. Α' λλὰ πρὸς ξενίων καὶ φιλίων θεῶν, πρὸς ἀλῶν καὶ τεργέζης, διὸ σομαι, φιλανθρώπων εἰς ἡμέρες πεπειράσθε.

Plautus Curculione. &c. Qui homini.

Therapontigone Platagidore salve: salvis quum advenis

In Epidaurum, hic hodie apud me nunquam delinges salam.

Hinc Dion περιαπτιστας. Τὸν ἀρχίλοχον ὁδὲν ἀντιστοιχεῖς οἱ ἄλες καὶ τράπεζαι τρεῖς τὸν ὅμολογον τὸν γάμων. Demosthenes in Orat. περὶ παρεργοτείου. Γίγεται δὲ πᾶς τράπεζαι; πᾶς αὐτοῖς ταῦτα γέ τεργαθεῖται παριών. Huc pertinet proverbium vetus. Α' λας καὶ τράπεζας παρεβαίνειν. de quo vide auctorem proverbiorum. Romani quoque in mensa salinum posnebant. Festus. Salinum in mensa pro aqua solitu esse ponit, ait Verrius, cum patellâ, quia nihil aliud sit salquam aqua. A quo paullulum abit Acron. Salinum (inquit) est patella in qua Diis primitia cum sale

sale offerebantur. Horatius lib. 2. Od. xvi.  
Vivitur parvo benè cui paternum  
Splendet in mensa tenui salinum.  
& lib. 1. Sat. 3.

modò sit mihi mensa tripes, &  
Concha salis puri.

Atque tum sacras esse mensas existimabant. Arnobius lib. 2. Sacras facitis mensas salinorum appositi, & simulacris Deorum. Quod à Græcis, ut alia multa, demanavit. Quia verò Tragasi suprà facta mentio, à quo Tragaseus sal, emēdabis obiter Hesychium & Stephanū scribendo τεργαθεῖσι ἀλες. Nam apud illū malè τεργαθεῖσι ἀλες oī, &c. apud hunc τεργαθεῖσι ἀλες.

Δάξας τράπεζαν) Nempe hospitalem, nā illam Græci vocabāt κοινὴν τράπεζαν. Heliodorus lib. v. Ή δέ τράπεζα δὲ ἡμῖν κοινὴ τραπέζητο. τὰ μὲν ἀλατά μάλιν παρεχόνταν. τῷ τυρρηνῷ δὲ ὁ φορ ἀφθονον εἰς Σαλατηῆς τὸς νέρας ἐστῶντος. Parthenius Erotic. xiv. ἐκεῖνος ἀπειδεῖτο, ποὺς μὲν φάσκων ὀρρωθεῖν μὴ καταδηλος γένοισθαι, ποὺς δὲ διὰ(lego Δία) ξενίου καὶ κοινωνίας τράπεζαν παρεσχόμενος. Ad Paridē quod attinet ille hác ex re τεργεζίτης a Poëta dicitur. Hesychius. Τεργεζίτης Πάδειν, τὸ παρεβάντα τὰ τράπεζαν, καὶ ἀπρήσια ή Μενελάς. Mensa verò olim maxima in veneratione habitæ, velut sacræ. Synesius epistolā lvi. Τράπεζα μὲν ιερὸν χεῖμα, διὸ οὐδὲ τοιματο φίλοις τε καὶ ξενίοις. Pindarus Nemeon. Od. xi.

— ξενίοις Διοῖς ἀσκεῖται θέμις ἀννάροις.  
εἰς τράπεζαν.

Hinc Iuvenalis Sat. 2.

— nullus verbis pudor, aut reverentia mensa:  
K 3 Orpheus

Orpheus in Argonaut.

ἀιδομένεν δέμιν ἀγνοεῖται ξενίν τε πράπεζαν.

Tacitus Annal. 11. *Tractaque in multam nobis letitiam, per epulas ac vinolentiam incatum Cotyn, & postquam dolū intellexerat, sacra regni, eiusdem familia deos, & hospitales mensas obirent antem, catenis onerant.* Referendus huc etiam Demosthenis locus, & proverbium Græcorū, quorum paullò antè facta mentia.

ἀρχή πλήνης) Paridem expositum ab ursa lactatn̄ narrat Apollodorus lib. 3. Älianuſ Poimilias iſoelias lib. 12. Αλλὰ ό τὸν ἀλόων (lego ἐκάβης (ἀλέξαρδον τὸν πελάμην ὑπὸ ἀκτευτα φασὶ τερρόντα. Quid quod ait Artemidorus lib. 2.ca. 12. Αγριόγρογον τον εὐθύνας σημαίνει. φασὶ γέ εὐκαστος (lego καλλισοῦς, nam festinans librarius medium syllabam omisit) τῆς ἀρχαδίκης μεταβάλλει τὸ γένον εἰ περὶ μεταμορφώματος μυθολογίαν. Alioquin olim à Græcis mulieres ἄρχεται nominati consueville nemo, opinor, ignorat. Qua de re ad Theocritum.

Τοι γέ φαλάξεις εἰς κενὸν νευρᾶς κλύσων) Allusit ad proverbium, Κενὰ φάλαξι.

Αὐταὶ καδώντα φορμὶς (ον μέλη) Veteres didicisse fidibus notū ex Ciceronis lib. de Senectute, aliisque. Eθελον δι παλαιοι, ως καὶ καλλίμαχος ισορεῖ, μετὰ κινδύνων περὶ τὸν ἀλαζίενα, η ἀνυμνεῖν ύπεγκωμάζειν. Et mos erat ut in conviviis post cœnam circumferretur lyra: cuius cum se imperitū Themistocles diceret, utar Tullii verbis, habitus est indoctorior. Etiam Romanorum veterum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Certe antiquitus, si qui fidibus docti, pari cum philosophis in honore

honore habebantur. Didymus ad Odyss. 3. Τὸν αρχαῖον δι αἰσθοδον φιλοσόφων τάξιν ἐπείχον. Athenaeus lib. 1. Σωφρον δέ πι ἦν τὸν αἰσθοδον γένος, ό φιλοσόφων θεόδοσιν ἐπείχον. Quintilianus lib. 1. cap. 10. *Quis ignorat Musicen (ut de hac primum loquar) tantum jam antiquis illis temporibus non studi motu, verum etiam venerationis habuisse, ut iidem Musici & vates & sapientes judicarentur.* Ad Paridem quod attinet, ejus lyram etiam Alexandri Magni temporibus extitisse tradit præter Plutarchum Älianuſ Poimilios lib. 9.

τῆς τενταλέκης θυάτη) Æschylus Agamemnonne τοντανόνες appellat, Euripidis Scholiaſtes ὄπεστι refert Tyndatum Helenæ patrem aliquando Diis omnibus sacrificasse excepta Venere, qua ob id irata filias ejus cōnubia bis terve mutare, & viros deserere fecit, citatque hos Stesichori versus.

Ἐνεργεια τυνδάρεως γέζαν ἀστᾶπ θεοῖς  
μιᾶς λάθεο ή πιστῶν κύπειδος,  
κείνη δι Τυνδάρεω κύρσαις χολωσαμένη,  
διάματος ό τε γάμος τιθησι, ό λιτεσσόνορας.

τειπλαῖς στίναις καλεκλώσασθο) Proleipplais libens hic legerim leipplai, nam duo tantum, album n. & nigrum, stamina Parcis tribuunt poëtæ. Tres vero esse Parcas, notius est quād ut hic referri debeat.

Ινναῖς ἀλλος) Ex Thaletis sententiā, qui ex aquæ elemento ortas res omnes putavit. Hermias, ut Laërtium omittamus, in διασημῷ τῶν ἔξω φιλοσόφων. Αλλαχόθεν, ait, δέ μοι θάλις τὴν ἀλίθειαν νεύει, δειθύμενος ὑδατος τοῦ παντὸς ἀρχῆν, καὶ εἰς τοῦ οὐρανοῦ τὰ πάντα συνίσταται, ό τις οὐρανὸν ἀναλύεται, ό τι γένεται οὐδὲ οὐχεῖται. Nuncupatur etiō διωδαν ἀλλα-

quemadmodum poëta ἀλα πολιὰν, & Anyta poëtria in epigrammatis ἡβα πολιὰν duriusculā catachresi. At maris filias vocat propter feram & immitem fatorum legem. Cludas autem ab formā anili quā fingeabantur. Catullus in epithalamio Thetidis & Pelei.

*Cum interea in firmo quatientes corpora motu  
Veridicos Parca cœperunt edere cantus.*

*His corpus tremulum,* —

Infrà quoque à poëta nostro γησαι κόρει appellantur.

*διὸ μὲν ἀπάτης) Theseum & Paridem intelligit. De Thesei rapinā elegans locus est in Isocratis Helenæ encomio, quem adscribere nō gravabor. Θοσὺς ὁ λεγόμεν<sup>Θ</sup> μὲν αἰγάως, γενίμεν<sup>Θ</sup> δὲ ἐκ ποσειδῶν<sup>Θ</sup>, ἴδιὸν αὐτὴν (Ε' λέντιον) θύτω μὲν ἀριστεραῖς, εἴδει δὲ τῶν ἄλλων διαφέρουσι, τοσῦτον ἡττήσθι. Ε' κάλλις χρατεῖν τῶν ἄλλων εἰδισμέν<sup>Θ</sup>, ὥστε ἡ παραχώσις αὐτῷ καὶ πατρίδ<sup>Θ</sup> μεγίστης, καὶ βασιλείας ἀσφαλεστής, ἡγούμεν<sup>Θ</sup> ἐκ δέξιον ἔτι) ζῆν (εν τοῖς παρόντοις ἀγαθοῖς ἀνευ τῆς περὸς ἐκείνῳ οἰκεῖτο<sup>Θ</sup>, ἐπειδὴ παρεῖ τῶν κυρίων ἡχοῖς) ἦν αὐτὴν λαβεῖν, ἀλλ' ἀνέμενον τὸν τε τῆς πατέρος ἡλικίαν, καὶ τὸ χρησμὸν ήτο παρὰ τῆς πυθίας, ὑπερεῖδον τὸν ἀρχὴν έτονδέρεω, καὶ καταφεύγισται τῆς ρώμης τῆς καρδο<sup>Θ</sup> καὶ πολυδεύκες, καὶ πάντων τῶν ἐν λακεδαιμονίῳ δεινῶν ἐλεγαρίους, βίᾳ λαβὼν αὐτὴν εἰς ἀφίδναν τῆς ἀττικῆς ἐκόμισε. Hæc de Theseo satis fulè Isocrates. Strictè Ovidius in Heroidum epistolis.*

*Ergo arsit merito qui noverat omnia Theseus,  
Et visa est tanto digna rapina viro.*

*More tua gentis nitida dum nuda palestra*

*Ludis,*

*Ludis, & es nudis fæmina mixta viris.  
quos duos priores versus mendosos emendabis  
hoc modo.*

*Ergo arsit merito qui noverat omnia Theseus,  
Et visa es tanto digna rapina viro.*

De Paridis rapinā vide eundem Ovidium, & Di-dymum ad Odyss. 4.

*πλεύς τειρέχεις αἰστοὺς ὄφειλμας) Triorcha ex accipitrum genere est, à testium numero nomen habens, autor præter Aristotelem Plinius, qui sic de eo. Triorchen à numero testium, cui principium in auguriis Phæmonœ dedit, buteonem appellant. Romani, αἰστόνα Graeci, qui solus omni tempore apparet. Aquilas autem duces interpretare, quia hæ avium reginæ. Volatiles nuncupantur à navibus, quarum vela & remi alæ dicuntur, ut supra docui. Ο φειλμίς vocat à pictis navium partibus quæ φειλμοὶ Græcis: si tamen simpliciter quis accipiat oculatam pròpter visum quem acerrium aquila habet, non magnoperè repugno. Horatius.*

*Quar in amicorum vitiis tam cernis acutum*

*Quam aut aquila —*

pullos quomodo dijudicent notum.

*ἱμηρῆτι βάρσαεν) Barbarum Menelaum appellat à Peleope avo ex Phrygiâ (qua regio Barba-ra censemur) orto, vel quia*

*βεβαρέωται χέντις ὃν ἐν βαρβάροις.*

quod ei apud Euripidem objicitur. Barbari autem dicti sunt peregrini homines Athenis à βάρσας absonâ voce, in quam cum primum Græcè loqui conarentur. incidere solebant. Suadet Cassiодorus barbaros dictos à barbâ & rure, nec tamē persuader.

suadet. vide Strabonem lib. 13. Propterea de Phrygibus hoc vocabulum accipiebatur. unde Sophocles Εάρεσν φεύγα dixit in Ajace, & βέρεσν αἴτη, Elektra. Barbarus ensis, Ovid. Met. xiv. Et Hara-tius in Satyris.

Grecia Barbaria lento collisa duello est.

Ἐπίμβενος τάφῳ Sepulcrum os interpretare. Artemid. lib. 1 cap. 82. Τὸ μὲν αἰδίον πωσὶν ἔσκε. τὸ δὲ σώμα τάφῳ ἔσκε γὰρ ἀλλοι σόμα σιασθεῖται, καὶ ψυλάττει. David propheta Psalmō quinto. Τάφος ἀνεῳ-μένος ὁ λάρναξ αὐτῷ. Et Paullus Epist. ad Romanos cap. 3. vers. 13. Potes nihilo minus de ventre accipere. Sic infra Lycophron.

πολλῶν γὰρ ἐν πολλάγχοισι τυμπενθήσεται  
βρωθεῖσι πολυτίχοισι καμπέσιν γνάθους.

& postea.

τύμπος γενάριον ταῦτας ὡρίσθρων πορᾶς.

Ovidius Metamorph. lib. vi. de Tereo qui Ityn filium comederat.

Flet modo, sego vocat bustum miserabile nati.  
Ennius (de quo optimè meriti V. V. Clarissimi H. Columna, & P. Merula) de Metio Fuffetio quadrigis distracto.

Volturus in silvis miserum mandebat hemionem.

Heu quam crudeli condebat membra sepolcro!

Val. Maximus lib. iv. cap. vi. de Artemisā. Quid enim aut eos colligas, aut de illo inclito tsumulo loquare, cum ipsa Mānfoli vivum ac spirans sepulchrū fieri concupierit, eorum testimonio, qui eam extinti ossa potionē aaspersa bibisse tradunt. Huc pertinet locus Marci Antonini τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. iv. Χρὴ δὲ μηδένος ἐνθυμεῖσθαι τὸ πλῆνθρον τῶν δαπομένων

επομ-

ἔτωσι συμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ἐκάστης ἱμέρεας ἐπομένων ἔσων, ὃφει ἥμῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ἔσων, ὅστε γὰρ ἀειθὺς καταναλίσκεται, καὶ ἔτωσι πως διῆλεται ἐν τοῖς τῶν τρεφομένων σώμασι. Item ille Apuleii Miles. v. At hic iam tua est existimatio, utrum sororibus pro tuā carā salute sollicitis adfentiri velis, & declinata morte nobiscum secura periculi vivere, an savissima bestia sepeliri visceribus. Quintilianus Declamat. xii. Effuant adhuc intrā pectus sepulta ventribus nostris cognata viscera. Nec ab ludicis quod vultures τάφοι ἐμψυχοι sunt appellati. Hermogenes lib. περὶ ἰδέων, cap. περὶ σεμνότητος. Παρὰ δὲ τοῖς ἵποξύλοις τοντοῖσι σφισθῆσι πάμπολλα ἔνεσις ἀν. τάφοις τε ὢμψυχοις τοὺς γῆπας λέγοσιν ἀντέρεισι μάλιστα ἀξίοις. Ut autem venter & os sepulcrum appellantur, ita reciprocē Saturnus devorasse filios dictus est, quos exulerat sepelieratq. Laclat. lib. i. cap. xi. 11. Sed fictum sane putemus Saturnum, filios devorasse, modo cum aliquā ratione: nunc (lego num) idcirco, quod ait vulgus comedisse filios suos eum, qui extulerit, sepultureq; man-daverit?

πόδον ναυμέδοντος ἀρσακίνεον) Quomodo rap-  
tus à Neptuno Pelops refert Olympion. Od. I. Pag. 148

Pindarus, his verbis.

νὶς παντάλη σὲ δὲ ἀγγί-

α πειλέσσων φέγγομας.

ὅποτ' εἰδάσσεστε πα-

τηρ τὸν ἐνομάσταλον

ἢ ἔχοντος, φίλαν τε Σίπουλον,

ἀμοιβαῖα δεῖσθαι παρέχουν,

τότε ἀγλαοτρίαντας εἰσεράσους

εμπέπτε

δημέρα φρένας ἴμεσφ

Ἄγνοιαν δὲ ἵπποις.

Meminit etiam lib. iv. Arnobius.

ἔστιλ ἐρεχθεὺς εἰς λεπτευαῖς γυλαῖς) Pindarus fusè  
loco citato.

τῆρος ἐνάνθεμον δὲ ὅπε φυάν  
λαχαινιν μέλαν γένθον ἐρεφον,  
ἔτοιμον ἀνεφένπον χάμον,  
τιούτα παρὰ παῖδες ἔν-  
δοξον Ιπποδάμεναν  
χεδέμεν. ἄγχι δὲ ἐνδῶν  
πολιᾶς ἀλός οὐτὸν ἐν ὄφριᾳ  
ἄπνεν βαρύκλυστον  
ἐντρίαιναν. —

& posteā.

τὸν μὲν ἀγάλλων θεὸς  
ἔδωκεν δίφεν χρύσεον, εἰν πλεοῦ-  
σιν, τὸν ἀκόμαντας ἵππους.

& quæ sequuntur. Cur autem fabulentur equis  
rapuisse docet Palæphatus his verbis. Ρήσεον εὐ ὅπ  
Πέλοψ ἥλθεν ἔχων πλοῖον. ἐγέλευπτο δὲ ἐπὶ τοῦ πλοῖος  
ἵπποι ὑπόπλευσεν.

ἀς ὁ καθρίλια γόνος) Lego κασμίλη, quo nomine  
inter Cabiros quatuor, quibus in Samothrace  
initiabantur, appellatur. Apollonii Scholiares  
lib. i. Μυεντην εἰς τὴν Σαμοθράκη τοῖς Καβείροις, ὃν  
Μυαστέας φυσὶ τὰ ὄνοματα. Τέσαρες δὲ εἰσὶ τὸ αειθ-  
μόν. Αἴξερος, Αἴξοκερος, Αἴξοκερος. Αἴξερος μὲν εἴν-  
τειν ή Δημήτης. Αἴξοκερος δὲ ή Περσεφόνη. Αἴξοκερος  
δὲ ὁ αὖτης, οὐδὲ περιτίθεμεν Κασμίλος ἐρμῆς έτιν, οὐδὲ  
ἴσορει Διονυσόδωρος. Postea literā tertia extitā Κα-  
μιλός dictus. Varro lib. vi. de L. L. *Camillus* nomi-  
nati.

natur in Samothraces mysteriis Dius quidam ad-  
minister diis magnis. Macrobius lib. 3. cap. viii. ex  
Tulliano id ei apud Tuscos nominis fuisse nar-  
rat. Statius Tullianus de Vocabulis rerum libro pri-  
mo ait dixisse Callimachum Tuscos *Camillum* ap-  
pellare Mercurium, quo vocabulo significant pra-  
ministrum deorum. Servius Aeneid. xi. ad stipula-  
tur. Ministros & ministras impuberes *Camillos* &  
*Camillas* in sacris vocabant. unde & *Mercurius*  
*Hetrusca* lingua *Camillus* dicitur, quasi minister  
deorum. Strabo lib. x. ex Acusilao narrat Casmi-  
lum Vulcani & Cabiræ filium, à quo Cabiri &  
Cabirades Nymphae. Quem vero Samothraces, &  
ab iis edocti Hetrusci, Kasmylos appellârunt, eum  
ιμβερμον Cares. Eustathius ad Dionysium. οὐδὲ  
ιμβερμον θεατικὴ μέν θει νῦσθρος, ιερὰ καβείρων καὶ αὐτὴ  
ὄνομα δὲ Δικιόνων οἱ κάβιροι. ἐπιμάτο δὲ αὐτότικὴ ἐγ-  
μῆς, οὐ ιμβερμον λέγουσιν οἱ κάρες, οἷς εὐ τοῖς ἐντικοῖς  
ἀναγράφεται.

φερωνίμις ἐδυψε νηρέως τάφος) Myrtili historiam  
fusè explicat Homer. Scholiares Iliad. secundo.  
Claudianus de laude Serenæ.

— curru Pisaea marino

Fugit tela Pelops, nam providus obice regis.

Prodidit Oenomai deceptus *Myrtillus* axem,  
Seneca Thyeste.

— proditus occidit

*Deceptor Domini Myrtillus*, & fide

Vestus quā tulerat, nobile reddidit

Mutato pelagus nomine. —

Vide Acronem ad Horatii lib. i. Od. i. & Euripi-  
dis interpretem ὅρετη. Fuit vero *Myrtillus* Mercuri-  
i ex

rii ex Phaëtusa filius, vel, ut aliis placet, Iovis & Clymenes.

πόδεσσιν κύλλαγον ήνιοστροφάν) Antiquitus non contumeliam, sed regium planè aurigandi munus, dicebatur quæcunq; iustitia: differebat autem à παρεργάτης munere, ille enim soli currus moderationi erat intentus, & τῷ παρεργάτῃ pugnanti, si necessarium foret, suppetias serebat. Adi Hom. Scholiast. Sunt verò Psylla & Harpinna nomina equorum Oenomai.

ἡ τὸν ὄπλας ἀρπινγανά ἀρπίνας ἴστω) Id est, unguibus obliquis & cōcavis, eæ enim in equis laudantur maximè. Philostratus junior in Imaginibus. Φερνεῖ γὰρ τοῖς ἵπποις, ἐπειδὴ οὐ φάνχενες τε, καὶ πολλοὶ τὸν μυκήνεα, καὶ κοῖλοι τὸ ὄπλω. Isidorus Orig. lib. xi. cap. i. In generosis equis, ut ajunt veteres, quatuor spectantur: forma, pulcritudo, meritum, atque color. Forma, ut sit validum corpus, & solidum robore, conveniens altitudo, latitudo, latus longum, substrictius, maxima & rotunda clunes, peitus late patens, corpus omne muscularum densitate nosdosum, pes siccus, & cornu concavo solidatus. Xenophon quoque περὶ ἵππων equos laudat unguis oblongas habentes quod tales sint maximè cavæ. Πόδεσσι δὲ ποσιδονίαι (inquit) περιπτον μὲν τὸν ὄνυχας σκοτῶν, οἱ γὰρ παχεῖς πολὺ τῶν λεπτῶν διαφέρουσι εἰς ἐνσθίαν. ἐπειπτον δὲ τέτο δεῖ λανθάνειν, πόπερεν αἴσθηται εἰσὶν οὐκτολαὶ η̄ πατενταῖ, καὶ οὐ πατεργαδεν καὶ ὅπιδεν, η̄ χαμαλαῖ: εἰ μὲν γὰρ οὐκτολαὶ, πόρρω τὸν διπέδην ἔχονται πλὴν χειλιδόνα καλλμένω. Est verò in equis χειλιδὸν ungulæ cavitas. vide Hesychium. Neque audio doctissimum Villiomarum, qui id negat,

negat, quod utinam non fecisset.

τὸν δὲ αὐτὸν τέταρτον) Deiphobū intellige. Homer Scholiast. ad Iliad. ultimum. Αλεξάνδρῳ τοῖς οὔτε τῷ οὐτὸν φιλοκτήτῳ, περίαμφον Ελένης γάμον ἔσπαστον ἔσπαστον τῷ δεισεύσαται καὶ πλὴν μάχης. Διόφορος δὲ γεννᾶται αὐτονόμενος ἔγγυμεν αὐτὸν.

κίρκην τεταρράκτηρος) Eodem nomine appellat Eschylus περὶ θεοῦ Αἴγυπτοι filios, Danaï filiabus desponsatos.

οἱ δὲ ἐπομένοι φένες.

κίρκοι πελεῖαν ἢ μακρὰν λεπτημένοι,

ῆξοι θηρεύσαντες ἢ θηρεσίμοις

γάμοις,

Scholiastes. Κίρκος δὲ, ἡγεμονίας, τὸς κυμόντος, ἡγεμονίας τὸς κύρους οὐ αἰγύπτιος, διὰ τὸ ἀρπακτικὸν λέγεται.

τὰ δευτερεῖα τῆς διασφάλτε πάλιν λαβόντα κηρύξαντι. Recepte κηρύξαντ dixit Lycophron, nam apud veteres certaminum vicitores per præconem renuntiari moris erat Iul. Pollux lib. 4. cap. 12. Τὸ δὲ τῶν κηρύκων γένος ιερὸν μὲν ἐρμοῦ, κατεκίνηστε δὲ τὸ στριχίαν εἰς τε ἀράσ, καὶ ιερογύλαις, καὶ αυτοῖς περιγραμμέναις, καὶ τοὺς αἰγανίστας ἀνεκίνητα. Pindarus Python. Od. i.

πυθιάδος

δὲ ἐν δρόμῳ κέρυξ ἀνέστας γένεσι

γέλων ιερωνύμοντες

καλλινίκοις

δέμασι.

Callimachus epigrammate xii.

ἀπλων μὲν κηρύκες διπλοί βεγχίν γόνομα κηρόν

φέργεον ται.

Nam sic legere malim, quam ἀλλων μὲν κ. que vox doctis

doctis viris hactenus imposuit. Virgilius Aenei. v.

*Tum satus Anchisâ cunctis ex more vocatis,*

*Vittorem magnâ praconis voce Cloanthum*

*Declarat.*

Inde est quod ait Eumenius rhetor. *Fortissimi viri in sacris certaminibus summo labore atque etiam vita periculo solam vocem praconis & corona testimoniumpetunt.* Huc pertinet etiam epigramma illud.

*Τ' βλαισ̄ κήρυκι τόδ̄ Α' ρχία ἔνκλεισ̄ οὐδ̄*

*Δέξας ἀγάλμ' ἔνφρων Φοῖς ἐπ' ἀστυπούντης.*

*Ο' τρὶς ἐνάρεντες Τ' Ο' λυρπίας αὐτὸς ἀγῶνα.*

Item illud Statii Thebaid. vi.

*— sequitur Sicyonius Alcon,*

*Et bis in Isthmiaca victor clamatus arena*

*Phedimus.*

*Ἐγ ποτ' οἰνώντις φυγὰς) Peleum cum fratrem Phocum in palestrâ incautè occidisset,*

*fraterno sanguine fôntem.*

*Expulsumq; domo patriâ*

canit Ovid. Met. lib. xii. Solebant namque veteres perpetratâ incautè cede à patriâ profugere, quoad expiati essent. Homeri interpres Iliad. d. E<sup>θ</sup> ιδ̄ ιδ̄ τοῖς παλαιοῖς Τ' ἀκόστου φόνου ἐργασίμενον φεύγειν ἐκ τῆς πατρίδ<sup>θ</sup>, ή καθίζειν δὲ τῆς οἰκίας (lego ιστίας) συκεκλυμένον καθαρίσιαν θέμενον.

αφ' ἐπὰ παῖδεν) Aegre ferēs Thetis mortali Peleo se nuptam, filios masculos sex igne combusit, septimo Achilli idem factura à Peleo interveniente prohibita fuit. Homeri Scholiastes Iliad. π. Θέτις κατανακλαδεῖσιν ὑπὸ Διὸς Πηλεὺς γαμιθῆναι, τὰ γεννάμενα παιδία εἰς πῦρ ἐβαλλε, νομίζουσα τὰς θυητὰς

τῷ πυρὶ σύρκας καταφλέξειν, τὸ δὲ ἀδάνατον διαφυλάξειν, εἴτας ἐξ παιδας διέφερεν. Εὐθύδομον δὲ μηδέμενον Α' χλέαν βάλλεις οὐδείς εἰς τῷ, δεισούμενον δὲ Πηλεὺς ἀφέπαστο τὸ παιδί, καὶ ἐνεγκάρι εἰς τὸ Πηλίου ὅρον τρέψιν παρέδωκε Χείσωνι. Vide præterea interpretes Apollonii lib. iv. Aristophanis ad νεφέλας, & Apollodorum lib. 111.

(περγαννήτεραν ὀλαμπούμα) Οὐλαμπόνυμον vocat Pyrrhum, qui aliter Neoptolemus. Eodem modo νεκέων ἐπάνυμον Polynicem dixit Euripides Phœnissis.

(ἐλάδ<sup>θ</sup> καρεκτόμον) Iphigeniam putat quæ Diana Tauricæ hospites immolabat. Cum enim in Aulide mactāda staret, à Diana in Scythiam averta, sacrificique ejus præfecta creditur. Placet hoc loco transcribere Antonini verba ex Metamorp. libro, quæ ita habent. Θιστέως καὶ Ελένης τῆς Διὸς ἐγένετο θυγάτηρ Ιφιγένεια, καὶ αὐτὴν ἐξέτρεψεν ὁ τῆς Ελένης ἀδελφὴ Κλυταμνήσει. πρὸς δὲ τὸ Αχαμένονα εἶπεν αὐτὴν τεκεῖν, Ελένη γέδυ πυνθανομένη τῶν ἀδελφῶν, εἴη κόρη πατέρα Θιστέως ἀπελθεῖν. επειδὲ δὲ οὐ σελεῖα δὲ τῶν Αχαμών ίπδε ἀπλοίς εἰς Αὐλίδης κατείχειο περιστήματον οἱ μάντεις ὅπεσσι πλάγιοι πλάγιοι, εἰς τὸ Αρτεμίδης δύσσωτος Τ' Ιφιγένειαν. Αχαμένιν γάρ διδοῖ σφάλιον αὐτὴν αἰτήσισιν τῶν Αχαμών, πρὸς δὲ τὸ βαθὺν ἀγαμένιον οἱ ἀριστεῖς οὐ περιστέλλεται, αὐλὰ πάντες ἐξερεψαν ἀλλῃ περὶ οὔφεις, Αρτεμίδης δὲ ἀντὶ τῆς Ιφιγένειας πατέρα τὸ βαθὺν ἐφῆνε μόχη, αὐτὴν δὲ περιστάτω τῆς Ελάδ<sup>θ</sup> ἀσήνεγκος εἰς τὸ Εὐζένον λεγόμενον πόλιον, πατέρα Θίσαντα τὸ Βορυθένεις παιδία. Hactenus ille. Huc pertinent quoque illa Seneca extremā Octaviā.

Lenes aure, Zephyrig<sup>3</sup>, leves

Tectam quondam nube aetheria  
Qui vexisti raptam sevæ  
Virginis aris Iphigeniam.  
Hanc quoque tristis procul à pœnâ  
Portate, precor, templa ad Trivie.  
Urbe est nostrâ mitior Aulis,  
Et Maurorum barbara tellus,  
Hostitis illic cæde litatur  
Numen superum.

Fusè hæc admodum etiam Ovidius elegiā secundâ libri tertii de Ponto, qui videndus.

Pag. 16.

(φαληρῶσσα αἴλοι) Leucen putat, quam in ponto Euxino, ut ab Achille & Helenâ habitaretur, Thetidis rogatu edidit Neptunus. auctor Philostratus ἡρωικοῖς. Arrianus in periplo ponti Euxini tribus eam nominibus insignitam ait, ac Leucen quidem à colore dictam, his verbis. Κατὰ τὸ μάλιστα τὸ σόμα, επ' ἐνδὺ ταλέσοντι ἀνέμῳ ἀπαρτίᾳ θύλως τὸ πελάγος, νῆσος περὶ σκει Γήραια οἱ μὲν ἀχλάδεως νῆσον, οἱ δὲ δρόμον ἀχλάεως, οἱ δὲ λακώνιον τὴν Σεριάς ὄνομαζον. ταῦτα λέγεται δέτις ἀντίναι τῷ παιδὶ, καὶ ταῦτα οἰκεῖ τὸν ἀχλάέα, &c. Hesychius, Αχίλλεον πλάκα, τὸν ἀχλάεως νῆσον, τὸν λακώνιον λαρυντιον. Euripides.

πνοεῖστι ζεφύρος τάν  
πολυνόρνιθον ἐπ' αἴλαν,  
λαδικὴν ἀκτὰν ἀχλάθιθον,  
δρόμος καλλισαδίτης, οὐ-  
ξείνιον κατὰ πόντον.

Pindarus φαεννᾶν νᾶσον vocat Nemeon. Od. iv.

ατὰς

αῖας Σαλαμῖν' ἔχει πατρώδης,  
ἐν δὲ ἐνέργεια πολάρης  
φαεννᾶν ἀχλάευς  
νᾶσον.

Antoninus Liberalis libro citato dicit etiam Iphigeniam in Leucen deportatam, immortalitateq; accepta Orichiam dictam fuisse. Vide Eustathium ad Dionysii πειθῆσαν.

τὴν ποτ' ἐν σφραγῖς νεμάς) Cum in Aulide Græcorum naves coactæ jaceret, tempestasq; à profecitione prohiberet, proditum à Calchante est, non autem eam desitaram quam Diana foret immolata Iphigenia, que dum ad aram maestanda duceretur, à Diana cervam reponente liberata est. Meminit Lucretius lib. i.

Anlide quo pacto Triviae virginis aram  
Iphianassai turpārunt sanguine fæde.

Ductores Danaūm delecti.

Vide Virgilium Aeneid. 2. Ovid. Metamor. lib. 12. Antoninum Liberalem libro citato; Sophoclem ἡλέκτρα, & Dictyn Cretensem lib. i. Si modò is est, & non supposititius aliquis, quod magis verisimile mihi. Diana itaque immolatam Iphigeniam ab Agamemnonne nemo nescit. Callimachus clavum in Diana templo suspēsum memorat hymno III.

οἵ δὲ Αὔγουστον  
παιδάλιον νῆσον σφετέρην ἐγκάτθελον νῆσον,  
μείλιον ἀπλοῖς, ὅτι οἱ κατέδησαν αἴτας.  
τεύχραν ἱνάκα νῆσος ἀχαΐδες ἀστα κήδειν  
ἔπλεον, ἀμφ' Ελένη ραμνοσίδι θυμαθεῖσαι.  
ἔσημον) Arrianus loco anteā citato. Η δὲ νῆσος

ἀνθρώπων μὲν ἐρήμην θεῖν. νέμεται ἡ αἰξίν 8 πολλαῖς, ἐταύτας ἀναπέντε λέγονται τῷ ἀχλαῖδι δύοις περισσοῖς.  
Ammianus narrat eō appulsois viisis antiquitatis  
vestigiis, temploq., & donariis eidē heroī cōsacrati,  
vesperi repetere naves dicētes non sine discrimine  
vitæ illic quemquam pernoctare.

(νυμφίας θρῆμα) Denominationis hujus caussam tradidit Pomp. Mela quod Achilles infestā classe mare Ponticum ingressus victoriam ibi ludicro cerramine celebrarit, posteaq; se & suos, ubi ab armis quies esset, cursu exercitaverit: cui adsentitur Plinius, qui Achillis insulam ab cursu aliam dicit, eumq; ab illâ 2500. passuum distare.

(εἴδη ήλιοιωμένην Σεάιαν) De Iphigeniæ metamorphosi inter authores nō convenit, plerique in cervam mutatam volunt, Lycophron cervam pro ea immolatam, ipsam autem in anum mutatam canit. alii in taurum, alii in ursum, alii in buclam, inter quos Plutarchus παραγγέλλοις.

(σφαγίων δὲ χερνίβων πέλας) Σφαγείον sive σφαγίον, vas erat quo excipiebatur victimæ sanguis. Pollux lib. 10. cap. 12. Καὶ σφάγιον εἶ θύεις, ὁ (lego δὲ) φέξει τὶς τῷ τῶν ιερέων αἷματ. & postea eodem libro cap. 23. Σφάγιον, ὃ ὑποδέχεται τὸ αἷμα τῶν ιερέων. Homerus Odyss. 3. ἀμνιον vocat, quo loco Dydymus. Αὐτοῖς δὲ μὲν τῶν ἀσταξ εἰριμένων οὐ λέξις. ομηλίαις δὲ ἀρρεῖον ὅπε τὸ αἷμα Γείρεσι δέχονται, καὶ δὴ κατὰ τὸ ἔτυμον ἀμένιον. οὐ δὲ σερπικὸν τοῦ μέρους, τοῦτ' δὲ ψυχῆς. οἱ ἀτποὶ δὲ σφάγιον αὐτὸ καλοῦσι. Quid verò sit χέρνια docet Athenaeus lib. ix. Εἰσὶ, inquit. οὐδεις εἰς ἀστελεῖον συλλὼν ἐν τῷ βαμβού λαμπάνοντες, ἐφ' οὗ τὰς θυσίαν ἀστέλοντι. Euripides

τῆγκλεῖ μανιομένῳ,  
μέλλων δὲ συλλὼν χειρὶ δέξεισθ φέρειν  
εἰς χέρνιβ' οὓς βάψειν ἀλκμήνης γόνοις.

Vtibantur eadem aquā ad manuum lotionē adhibito smegmate. Athenaeus loco citato. Εἴ ξεντο δὲ (lego τε) εἰς τὰς χειρας ἄποπλύνοντες αὐτοὺς, καὶ συμγυμπατισσόρρυψες χάσιν.

(ἄλλα τε σαφάλλοντι κεστῆ) Veteres Græci omnia concava κεστῆς vocabant. Scholiares Sophoclis Oid. ἐπὶ Κορ. ad illud κοίλη πέλας κεστῆς, alt. Τὰ γένη κοίλα ἔτας ἀπλάνη εἰς μεταφορᾶς, διεισι, καὶ τὰ ἐν τῇ αἴτην κοιλάματα κεστῆρες καλάννυται.

ὅρκων τὸ δευτερόχον ἀρσαντες ζύμην) Bis enim Græci de Helenā vindicanda, si quis eam rapuisset, conjurati sunt. prius, cum Menelao collocaretur, iterum, cum à Paride raptā. De priore conjuratione sic Paulanias Λακωνικοῖς. Πρεσβύτος δὲ ἵσταται καλύμμενον μνῆμά δέ. Τυγχάνεται γένη θύματα ἐπιποτοῦς. Εἴ λένης ἐξάρχει μνησῆρες, ίσας δὲ τῷ Γείρωντάν Ιομίων, οὐ δὲ ὅρκος οὐδὲ Εἴ λένη καὶ τῷ γύμναις περιπειδέντες αὐτῶν ἀμύνην ἀδικημένοις, ἐξορκάσας ὃ τῷ Γείρωντι καλύπτειν ἐντάσθα. Atque hæc Paulanias. Paullò fusiis in Helenæ encomio Isocrates, hunc in modum. Μετὰ τῶν θυσίων οὐδὲ ἀσταξ κατάβασιν, ἐπανελθόντες αὐτῆς (Εἴ λένης) εἰς λακεδαιμονα, καὶ πρὸς τὸ μνησένασθι λαβούσις ἡλικίαν, ἀσταξις οἵτε βασιλεύοντες καὶ δυνατεύοντες ἐν ταῖς πόλεσι, ηὔτην γνόμιλα τέλον περὶ αὐτῆς. εἴσον γένη αὐτοῖς λαμβάνηται ἐν τῷ αὐτῷ πόλεσι γυναικας τὰς περιπειδόσας, ὑπεισιδόντες τὰς οἰκη γάμους, οὐδένων οὐδὲ κεκενεμένων τοῦ μέλλοντος αὐτῆς συνοικεῖν, ἀλλ' ἐπικοινῆς τῆς τύχης θησης, ὥτω πρόσιντα οὐδὲ ἀπαστινεσσομένην πειραμάχησος, οὐδε-

συνελθόντες τίσεις ἔδωσαν ἀλλήλοις, οὐ μὲν βοσκήσει  
εἴ τις πάσχει τὸν ἀξιωνέντα λαβεῖν εἰπεῖς, νομίζεις  
ἔγεις τούτους τὴν δημιουρίαν ἔστιν τοις σπερματικαῖς.  
Hactenus Isocrates. De secunda autem idem Pausanias  
Κοεντακοῦς. Χαλκεῖν δὲν οὐ μέγα, αὐτέχαι τούτοις  
τὸ ἀγάλματα ἀρχαῖα ἀρτέμιδος, καὶ μῆτρας, καὶ αθλῶσ.  
Λυκέας δὲν ἐποίησε μηχανέως τὸ ἀγάλμα ἐδίδος, καὶ  
ἀργείων ἐφη τοὺς δῆταί λιοντας σεργετέουσας εἰς ταῦθα δρό-  
σου σπερματικούν πολεμοῦντας, ἐσ' αὐτῷ τὸ λιοντανόν ἐλώσιν,  
οὐ μαχομένους τελευτὴν σφαῖς διπλάσῃ. Quo ritu ea fa-  
cta sit, qui scire volet, videat Dictyn lib. i. Hec ju-  
ramēta respexit Sophocles αἰανη μαστιχόφρω, apud  
quem ita Teucer.

Ἐγὼ π τῆς σῆς εἰνεκὲν ἐργαζείνομε  
γυναικὸς, ὥστε οἱ πόνοι πολλοῦ πλέον,  
ἀλλ' οὐεντὸν ὅρκον οἶσιν οὐ πέπομέθω.

& φιλοκτήτη, ubi ita Neoptolemum affatur U-  
lysses.

οὐ μὲν πέπλῳκας γέτενορκός θεῖν,  
& Horatius lib. i. Od. xv.

Quam multo repetet Grecia milite  
Conjurata tuas rumpere nuptias.  
Et regnum Priami vetus.

Thucydides existimat Gracos magis Agamem-  
nonis potentiam, quam religione prioris juramen-  
ti coactus fuisse. verba ejus ξυγγραφη lib. i. ita ha-  
bent. Αἵματάν τε μοι δοκεῖ τῶν τότε δυνάμεις προσ-  
χαντοῦντο τοῖς Τυνδάρεων δρκοῖς κατειλημένοις  
τούς Ελένης μυνισθεῖσας ἄσων, τὸν σόλον ἀγείρει.

παρὰ δύνασιν κερδῶν δεῖ) Lucri Deū veteribus ha-  
bitū Mercurium nemo nescit, unde & ipsi statua  
cum crumenā erigebantur. Codinus. Τοῦ κέρδους

εἴπον λέγοσ, καὶ ἐμπόρειον τὸν ἐρμῆν. ὅτεν τὸ ἀγάλμα  
ἄντειστοι Βασίζοντο μάρσιπον. Suidas. Κερδῷθεν δέος, ὁ  
ἐρμῆς. οὐ κέρδος ποιητικὸς. καὶ ἀγρελον δὲ ἀντὸν κα-  
λοῦσι, καὶ κλώπα. διὸ καὶ μάρσιπον ἀντὸν ποιοῦσι  
Βασίζειν. Hinc Divitem dixit Ausonius in epist.  
ad Paullinum.

Item nunc per auras Perseitalaribus,  
Petaſoց ditis Arcados večtus, vola.

ταύροց) Taurum vocat Bacchum, quem tau-  
rinis cornibus effingebant veteres, quia iis pocu-  
lorum vice utebantur. Nicandri Scholastes ἀλε-  
ξιφαρμακοῖς. Οι παλαιοὶ κέρευσιν ἐχρόντο ἐν τῷ πό-  
στη ἀντὶ τῶν ποιητῶν, ὅτεν καὶ τὸ κερέους εἴρεται. οὐ  
διὰ τὸ παρεπιδόν τῶν πινόντων, τυτέσι τὸν ἀπὸ τοῦ  
οἴνου ιχύν, οὐ δὲ διόνυσος καὶ πινεκέρως. Festus. Cor-  
nua Liberi patris simulacro adjiciuntur, quem in-  
ventorem vini dicunt, eo quod homines nimio viino  
truces fiant. Apud Cyzicenos & Argivos Bacchi  
statua tauri figura erecta fuit. Neque negligendus  
de cornibus, vicem poculorum usurpati Nonni  
elegans locus Dionys. lib. xii.

καὶ βούσις ἀρύνοι κεράσιν ἀντὶ κυπέλλων  
μήτω φαινομένων, ὅτεν ὑσερον ἐξέτι κείνε  
δέσκελον ἔνομα τοῦτο κεράσιν μέντην πέλεν δινω.

ἴχος ἐμπλέξας λύγοις) Leonem intelligit Tele-  
phum, qui cum Gracis transiit per Mytilam in-  
terdixisset, jamque ad arma devenisset, ab Achil-  
le ope Bacchi, qui cum vite supplantabat, vulnus  
acceptit, quod sanati non potuit nisi ab ipso Achil-  
le. Vnde Serenus Sammonicus.

Ut Larissa curatus Telephus hastā  
Proderit. —

Allusum huc quoq; ab Ovidio Trist. lib. i. eleg. 1.  
Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,  
Solus Achilleo tollere more potest.

Supplantatum verò à Baccho Telephum etiam  
infrācanit.

σὺν δὲ διπλυχει τέκοι  
μυσῶν ἀναιρέοις πατρὶ οἰκεῖος δόσει  
γνάμοις θεοῖν θεοῖς συνδίκτας λύσις.

Aliter tamē Dictys lib. 2. *Infestus (Telephus)*. Aias  
sem invadit, atque fugatis q̄os adversum ierat, cū  
obstinatè Ulyssēm inter vineas, qua loco adjuncta  
erant, insequeretur, prepeditus truncō vitis ruit. Id  
ubi Achilles procul animadvertisit, telo jaculatus fe-  
mur sinistrum regit transfigit.

κελεύει ὁ δόννης) Dentes sectores, Græcis τομεῖς,  
dicuntur anteriores. Artemidorus lib. i. cap. 32.  
Οἱ δόντες ἐμπεράδιοι ἐκβλαστέντες οἱ καλούμενοι τομεῖς  
ἰδεν ἐσθιοῦσι τρέξαις διὰ λόγχης. Et Iul. Pollux lib. 2. Οἱ  
δέ δόντες ταῦς γένουσιν ἐμπεφύκασι οὐκαὶ τειχίσονται,  
ἐκπαίδευται ἐκπατέραι σταγήν την ἐγγεγραμμένον, οὗν οἱ μέ-  
σοι τέσαρες καλεῦνται τομεῖς. Isidorus Præcōtōres vo-  
cat Orig. lib. xi. cap. i. Dentium autem alii τομεῖς  
vocantur, alii κυνόδοντες, alii μύλοι. Latinè *Præ-  
cōtōres, Canini sive Colomelli, & Molares*, qui ve-  
teribus Latinis etiam *Genuini* appellati, quod à  
genis dependeret. Hinc lucem do Arnobio lib. 3.  
dicens. *Etiam sequitur ut habeant subactionibus  
ciborum dentes trini generis, atque in officia tria  
compositos.*

λεωντα πάλαι δὲ) Huc pertinet Nerei vaticiniū,  
quod est apud Horatium Ode xv. lib. i. Hermoge-  
nes quoque lib. II. μεθ. deīv. E' λένη τῶν κακῶν αἱ

τία πᾶσιν ἡγέλλοις τῇ βαρβάρεις, καὶ μάλιστα τοῖς τρω-  
τὸν ὅμολογέντας κακῶς ἐλύπαντε. Videnda quoque  
Paridis ad Helenam epistola, quæ est inter Heroi-  
dum Ovidianarū. Accius Telepho citante Pris-  
ciano.

*Quantam Tyndareo gnata & Menelai domus  
Molem excitarit belli, pastorque illius. Lego  
Illi.*

πολέμου ὀλχίσιον κακῶν) Lucem huic loco adfe- pag. 18.  
runt illa Artemidori lib. 3. cap. 35. Αἴλυσις σημα-  
νεῖ καὶ πλοκὴν περιγράμματων ἐπειδύμαντον οὐδὲ τερπνῶν.  
πεπλεκόμενος μὲν γάρ εἰς πολλῶν, οὐκέτι διδύμους δὲ τοὺς δεδε-  
μένους ποιεῖ. Plinius lib. ii. epist. viii. *Veteribus  
negotius nova accrescunt, nec tamen priora peragun-  
peraguntur: tot nexibus, tot quasi catenis manus in  
dies occupationum agmen extenditur.*

Hinc Catenati labores apud Martialem lib. i.  
epigr. xi.

*Exspectant curęg, catenatique labores,*

*Gaudia non remeant, sed fugitiua volant.*

μηδὲ αἰσχείων) Hecuba gravida cum facem se,  
qua rota conflagraret Troia, parere somniasset,  
territa Priamo marito somnium omne exposuit,  
qui Ἀſacus filium quem Merops avus maternus  
somniorum exponendorum rationem edocue-  
rat, arcessi ad se jussit, Ἀſacus verò re auditâ exi-  
tium toti Troiæ portendi respondit, ac proinde  
exponendum partum admonuit. Vide Apollodoro-  
rum lib. 3.

νυκτिपοτα δείματα) Insomnia vocat νυκτιφοτα  
Σεμια, quoniam ea noctu grässentur, hominesq;  
percellant. Caussam ob quam noctu obrepant ex

Peripateticorum sententiā refert Alianus Var.  
Hist.lib.3.cap.11.his verbis. Oi πειρατηίκοι φασι  
μεσθήμερον θηλεύσαν τηλε ψυχλι τῷ σώματι πειράθε-  
ντες, καὶ μὴ δύνασθε καθαράς τηλε ἀλιθείαν δεωρεῖν. νύκ-  
τερος δὲ διαλυθείσαν τηλε τοῦτο λειτουργίας, καὶ σφα-  
ραδέσσαν τῷ σερπὶ τὸ δάκρυ τόπω, μαντικωτεῖσαν γε  
νέτριας, εξ ὧν τὰ ἐνύπνια.

τερραύσις γνία λημναῖον πυρί) Τεφέν Græcorum  
Latinè Cinefacere dixit Lucretius. Lemnium ig-  
nem vocat quem in Lemno inventum nonnulli  
volunt, quod tamen falsum. ἐνταῦθα γδ ἀντέται εἰ-  
γματος πυρὸς αὐτόματος φλέγει. ut ait Heraclides in  
Allegor.:

τερρότητα κλεῖδας εὐάρχεις μύλῳ) Lege ex eme-  
datione Cl.V. Iosephi Scaligeri τυπών. Optimè  
autem illustrant Lycophronem illa Ovidii Me-  
tamorph.vii.

pavor occupat illum,  
Ante oculosq; natant tenebra, retrōque ferenti  
Aversos passus medio lapis obstitit arvo (lego  
armo)

Quē super impulsū resupino corpore Cycnum  
Vi multā vertit, terraq; affixit Achilles.

Qualia verò fuerint ejus ævi saxa disce ex Iuve-  
nalis Sat.xv.

Saxa inclinatis per humum quaesita lacertis  
Incipiunt torquere, domestica seditione  
Tela, nec hunc lapidem, quales ē Turnus, &  
Ajax,

Kel quo Tydides percussit pondere coxam  
Æneas, sed quem valeant emittere dextra  
Filiis dissimiles, & nostro tempore nata,

Nam genus hoc vivo jam decrecerebat Homero.  
Virgilii Aeneid.xii.

saxum circumspicit ingens,  
Saxum antiquum, ingens, campo qui forte ja-  
cebat

Limes agri positus litem ut discernoret arvis,  
Vix illud leicti bis sex cervice subirent.

Est verò μύλος lapis molè superior, qui etiam ὄνος  
nuncupabatur: inferior vero μύλον Latinis veteri-  
bus μύλος sive ὄνος dictus *Catillus*, μύλον autē *Me-  
ta*. Ammianus lib. xvii. *Ding* pensilis hominū mi-  
libus multis tanquā molendarias rotatibus, caveat lo-  
catur in media, ergo sphera superponitur arena, &c:  
Et *Machina*. Vnde machinale pondus apud Auso-  
nium pro molâ.

Cui subjugabo de molarum ambagibus,  
Qui machinali saxa volunnt pondere.

Et machinaria mola Apuleio Milel.vii. *Protinus*  
uxor ejus avara quidē nequissimāq; illa mulier mo-  
la machinaria sub jugum me dederat. Alias *Machi-  
na* non tam pro lapide, quam pro ipsā molâ pos-  
ita. Idem Madaurensis libro citato. *Miki* verò peri-  
diē laboriosā machine attento sub ipsā vespera fur-  
fures apponebat incretos ac folidos, multoq; lapi-  
de salebrofos. lib. ix. Nec die tantum, verum per-  
peti etiam nocte, prorsus instabili machinariū verti-  
gine lucubrabat pervigile farinam. Postea. *Helcio*  
sparte dimoto nexu machine liberatū applicat pra-  
sepio. Item paullò ante. *Quanquam* frequenter, cum  
inter homines agerem, machine similes circumrota-  
ri vidisse. Afinis autem istis machinariis (ut  
hoc obiter dicam) oculos velabant, ad amolien-  
dura

dum capit is vertigineum, qui mos etiam nūm tenet. Colligo ex Apulcio ibidem. *Dic sequenti mola qua maxima videbatur, matutinus adstiterat, & illuc ve'atā facie propellor ad incurua spatia flexuosi canalis, ut in orbe termini circumfluentis reciprocō gressu, mea recalcans vestigia, vagarer errore certo.*

ἀντιθέσθαι τοῖς φίμαις) Plutarchus ἐλληνοῖς. Τῆς μητριᾶς τε Τέλω διαβαλλόντος ὡς θεάμενον αὐτῇ συγχρέδη, Μέλιτῃ ὁ ἀντιτητὸς φειδῶ κατεμάρτυρον εἰτε, Heraclides de Rebusp. Λέγεται ἐκ κατενουμένης ἀντοῦ τῆς μητριᾶς καταπειστυχόσατο τοῦ ἀντηπνίου, βιάζεται (malum βιάσαντος) πάντας, εἰς λάργανα ἐμβλαττήσις ὑπὸ τῆς πατερέως Κίκηνος, ἢ εἰς δάλαντα σακρίσις διασωθῆναι πρέστην τὸν γῆστον, διὰ τὸ καταφένουμενον τὸν ἀντηπνίον, διὸ εὐρύμικον εἰς τὸ ιερὸν ἀντηπνίον εἰσένει. Stephanus in Terebrat. Καὶ παρειμια, Τερέβητος ἀντηπνίος, διὸ τὸν τὰ φειδῶ μαζίνερντων. Τὸν δὲ ἀντηπνίον ἡ φιλοτόπιμη πρὸς Κύκνον ἥττα μαρτυροῦντα ὅπερ Τέργυντεντὸν ἦθελε βιάσασθαι.

λαμπακοφόρος φίμας) Cycnus mortuā priore uxore Proclea, ex qua Tenui & Hemitheam (quam alii Leucotheam) suscepit, Philonomen (alii Polybedim) duxit, quæ cum capta amore Tenui cum deftupo compellasset, atq; ille detrectaret, apud patrem eum accusavit tanquam vim inferre voluisse, qui credens ilicet arreptum in arcā conlsum in mare proiecīt, Neptunus verò misertus tum propter pietatē, tum quia nepos esset, arcā ad Leucophrym insulam appulit, ubi Tenui ab incolis benignè exceptus, & pro rege habitus est, suoque de nomine insulam Tenedum nuncupata.

vit. Historiam narrat Homeris Scholiastes Iliad. à Plutarchus ἐλληνικῶς Tenuum cum sorore in Tenedum profugisse commemorat. vide præterea Heraclidem de Rebusp.

χηλῶν κατεδρύσαξε διπλύχος γονάς) Lycophron utrosque Cycni liberos arcā inclusos memorat, alii solum Tenum. Mos verò veteribus, eos quos supplicio afficerē vellēt, in subterraneo specu, aur arca, aut alio aliquo loco cōcavo concludere parum alimenti apposito, ne fame necare viderentur, quod nefas habebatur. Hinc aptid Sophoclem ἀντηπνίου.

Xo. μόρῳ δὲ ποίων καὶ σφε βιλεύη κλανεῖν;

Kre. ἄγων ἐρημῷ ἔνθ' ἀντὶ τὴν βεστῶν σίεθε,

κρύψω πειρώδεις γῶσαι εἰς κατώρυχο,

φοεῖν τοστον ὡς ἄγθε μόνον περιθείς (lego περιθείς)

ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγει πόλισ.

Demetrius Triclinus. Εἴθετο δὲ ταλαιὸν βιλομένους καθαιργήναντι πνὰ ἀφοσοῦσθαι καὶ βραχὺ π πλένει τεφῆς. καὶ ἐπενέντι καθάριστον τὸ Ιοιουντον ἔτι. τέτο δὲ ἐποίειν ἵνα μὴ δοκῶσι λιμῷ ἀναιρεῖν, ήντο γάρ ἀσθεῖς. Observare quoque eum morem est in Theocriti Δαλυσίοις, in his versibus.

ἀστεῖ δὲ ὡς πάντα ἔδεικτο τὸ αἰτιόλον ἐνέρεα λάργας

ζωὸν ἐσθία, κακὴν ἀταθλίσιν ἀνακίθε.

ὡς τε νῦν αἱ σιμαιοὶ λιμωνῆδες φέρεον ιοῖσαι

κέδερον εἰς ἀδείαν μαλακοῖς ἀνθεσσι μέλισσαι,

οὐρέαν οἱ γλυκὺ μοῦσα κατὰ σόματος χέει νέλαπ.

Hinc etiam illustro Arnob.lib.v. Cuius Nana speciem contemplata regis Sangarii fluminis filia carpit mirans, atque in sinu reponit: fit ex eo pregnans, tanquam

*tanquam vitiata m̄ claudit pater, & curat ut intedia moriantur.*

(μν̄μων ἐπειδής) Olim heroibus variis submonitores adhibebantur, quo modo etiam Achilli Phœnix, qui hoc loco μν̄μων ideo à Lycophrone appellatur, cui etiam à Syrmacho lux, qui lib. 3. epist. 13. ita ait. *Nullam certe Nestor tertia etatis sua seculo militia vacationem poposcit, nec Achilli excusavit etatis sua frigus Phœnix monitor.* Latinus Pacatus in Panegyrico. Sancte Tybris quondam hospitis monitor Aeneas, mox Romuli conservator expositi. Statius Sylv. lib. v. in Epicedio i. atris.

*Hinc tibi vota patrum credi, generosaq; pubes  
Te monitore regi, mores & facta priorum*

*Discere.*

Tertullianus Apologetici cap. xxx. *Illuc suspiciuntur Christiani manibus expansis, quia innocui, capitite nudo, quia non erubescimus, denique sine monitore, quia de pectore oramus.* Idem omnino munus Epityda apud Virgilium Aeneid. v.

*At pater Aeneas nondum certamine missa,  
Custodem ad se comitemq; impubis Iuli  
Epityden vocat, & fidam sic fatur ad aurem.  
Delecti ad eam rem non nisi viri moribus & aetate graves. Parthenius Erot. vi. ἔως ὅτε τεργεῖν ἀντίς ἀγαπηνὸν δένει. καὶ ἐπιγνὺς τὸ πάθος, τῇ μὲν δαπέδῃ παρεκελεύσατο, ὡς ἦβελη τηνάκτη οὐ περίπολον. Apuleius Mil. x. Et magna domus cladem ratus indigere consilio pleniore, ad quendam comperta gravitatis senem educatorem (ita cōstituo ea verba) protinus refert. Val. Flaccus lib. i.*

*Aesonides, fessum Phylace quem miserat aro,*  
*Non*

*Non jā operū in partē, monitus sed tradat ut acres;*  
Æschyo etiam Prometheus μν̄μων εἰρίνες dicuntur, quæ pēnarum terrore homines ad benefaciendū inoneant. Alias verò μν̄μων apud Doricēs dicebantur, qui Metatores apud Romanos. Vide Plutarchum Συμπ. lib. i. quæst. i. Quod Mnemoneim quandam hic comminiscitur nobis Scholiastes, more suo facit, id est, ineptit.

(ἀλλὰ λαθάνεγα σοφαλεῖς) Lethargus morbus nōtissimus. De eo ita Ser. Sammonicus.

*Denique nonnunquam somno sic membra gravantur,*

*Ut conjugatur leto sopor altus acerbo.*

Vide Cellum lib. 23. cap. 20. & Plinium lib. 24. cap. 9. Lycophron pro oblivione posuit, efficiētem pro effecto.

(ἢ ταῦ πελαστὴν ἀλημα) Fertur Achilles tanto impetu in terram desiliisse, ut fontem isto suo saltu ederet. Id ipsum quatuor sequētibus versibus describit Lycophrō. Meminit ejus rei Euripides ἀρσομάχη, & Iustinus Martyr in Orat. ad Græcos, his verbis. Αὐτὸς δὲ ὁ πελαστὴν ὁ ποταμὸν πηδήσας, τείσαν καταρρέψεις, Εἴλοερ χειροπέμπεις. Πολυξένης ὁ ήρως ὑμῶν δῆλος ἦν, ὃν δὲ Αὐτοῦ νεκρᾶς νεκύηλο. Vbi loci, ὁ ποταμὸν πηδήσας, vertendum erat, qui fluvium saltu excitavit. Et sancè errant doctissimi viri Henr. Stephanus, & Frid. Sylburgius.

(ἔρχεται ἔργος) Martem ἔρχεται dici existimaverim, quia πηρέται erat ἔρχοτος ἐνόπλιος, cui respondebat Romanorum bellicrepas saltatio, quando cum armis saltabant, ut est apud Festum, & Quintil. lib. i. cap. 12. de eādem illa verba Agathiae lib. i.

Tεσχα-

Τερχάζειν ιο αναγκάζων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἵππων εἰς κόσμην  
ἀντάλλεσαι, ἐτε πυρρίχλινά εὐπτλιον περιειδεῖ-  
σαι, καὶ δαμεῖ τῇ σάλωγηι καλαβούεισαι τὸ εὐνάλιον  
ἐπτχνον &c. Heliodorus Äthiop.lib.111. Τὸς πα-  
νικὸς χρεών, τὰς ἀνατέλεας, τὴν ἐνότλιον τῶν ἐφίσων  
δεκτὴν πυρρίχλιον ὄργανον &c. Elegatissime depingit Apuleius Miles.x. Puelli puerilag, virenti florētes at-  
tulā, formā conspici, veste nitidi, incessu gestuosi,  
Gracanicam saltantes pyrricham, dispositis ordinatio-  
nibus decoros ambitus inerrabant: nunc in orbe ro-  
tarum flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi: &  
in quadratum patorem cuneati, & in catervae diffi-  
diū separati. At ubi discursus reciprocī multimodo-  
das ambages tuba terminalis cantus explicitū aulæo  
subducto, & complicitis sparys, Paridis scena diffo-  
nitur, &c. Fuit etiam Troia nominata. Virgilius  
Æneid.v.

Troiaq, nunc pueri Troianum dicitur agmen.  
Servius. Ludus ipse quem vulgo Pyrricham appellant Troia vocatur. Festus. Troia, & regio Priami,  
& Iusus puerorum equestris dicitur. Euripides quoq; Andromachā τρωϊδὴν πήδημα appellat. De faltationum autem nominibus, ut & de generibus, dividia inter authores. Vide interpretem Sophoclis ad Ajacem, Aristophanis ad Nubes, Vlpiānum ad Olynthiacam 11. & Iul. Pollucem lib.4.cap.4. Emendandus verò obiter Sophoclis interpres. Τῶν δὲ ὄρχησεων οὐ μὲν βερεκυνθακὴ λέγεται, οὐ δὲ κρηπικὴ, οὐ δὲ πυρρίχλη. Nam malè legitur οὐ δὲ κρηπικὴ, οὐ δὲ πυρρίχλη. quod falsum. Siquidem κρηπικὴ erat Corybantiaca, sive Gnosia, πυρρίχλη verò εὐθλη. Poteris nihilominus ὄρχησην interpretari

τὸν ἀλλοπέρσιαλον. Aut qui in nuptiis Cadmi & Harmonie filiæ sine armis nudus saltavit. Nonnus Dionys.lib.quinto.

— πατὴρ δὲ οὐτὸν χάρμαπ πάρει

γυμνὸς ἀπερ τοκέων οὐρχῆσιο μείλιχος ἀρετ.

τρομβῷ τὸν αὐταπτὸν ἔξασχον νόμον) Notum est veteres ignoto tubarum ulu couchis uti cōsuevisse. Hesychius, Κόχλοις τοῖς δαλατίοις ἐχῶντο τὸ τῆς τῶν σαλπίγγων ἐνέσσεως. ita emendo, nam malè antea Κόχλῳ, τοῖς θ. Hinc Theocritus Διοσκ.

οὐ δὲ ἀμυνθῷ, καὶ κόχλον ἐλῶν μυκόσιο κοῖλον,

οἱ δὲ δοάς συνάγεσθεν οὐτὸν σκιερες πλατανίστι

κόχλῳ φυσαθέντῳ.

Virgilius.

Sed tum fortè cavā cum personat equora  
conchā.

Ovidius.

Ceruleum Tritona vocat, conchāque sonantis  
Inspirare jubet, fluitusque & flumina signo  
Fam revocare dato.

Terrulliano hinc lucem do lib.de Pallio. Adhuc  
maris concha & buccine peregrinantur in montibus,  
cupientes Platoni probare etiam ardua fluitasse.  
Huc referendum etiam Theognidis ænigma illud  
priscum conchę in militiā usum exprimens.

ἴδη γδ με κέκλικε δαλάσιος οἶκαστη νερὸς

τεθνικῶς, ζωῷ φεγγήμενος σύμπατ.

πέφεικαν δὲ οὐτὸν γῆται ληγχεις Λασίλεοτες) Pag.28  
Eodem modo Ennius Annal.lib.VIII.

— stant poluere campei.

\*

Hastateis spargunt hastas, fit ferreus imber.

M

Dene-

\*

*Densantur campis horrentia tela virorum.*

\*

\*\*

*Horret ager, campiq; armis subleimibus ardent.  
Et in XIV.**Horrescit telis exercitus asper utrinque.  
Item in Erechtheo.**Arma arrigunt, horrescunt tela.**Sparsis hastis longis campus splendet & horret.  
Homerus.*

σοφειξεν δέ μάχη φθίσματες ἐγχέσιν  
μακρῆς, ὃς εἴχεν ταύτης ιχνα.

*Virgiliius. — tum ferreus hastis**Horret ager. —*

πλευστή χρεσσὸν αἰλὸς διαβάφων) Simili phrasē dixit  
Virgiliius Aeneid.lib. i.

— versā pulvis inscribitur hastā Sidon.  
lib. ii. in epistola quadam ad Domitium. Mundus incanduit, glacies Alpina deletur, & hiunc a-  
rentium rimarum flexibus terra perscribitur.  
Nonnus Dionys. lib. 3.

ιδαίνη ἀερθεὶς θαγάτας κόνιν δλαχ.

Plautus.

*Corpus tuum virginis ulmeis inscribam.*

Achilleum verò mortui Hectoris corpus currui al-  
ligatum circumvestantem eleganter aquilam  
vocat, alludens ad veterum consuetudinem, qui  
reges & viros principes post mortem ab aquila  
vehi fingebant. Artemidorus lib. 2. cap. 20. Οὐ  
χεῖδαι δε τῷ βασιλεῦσι μὲν, καὶ μεγιστοῖς, καὶ ταλουσοῖς  
εὐρύστιν ὄλεσθροι μαρτίνεται. ἔθ. γὰρ ταλαιόν ἀσ-  
θυῖσκον

Θρίσκοντας τούτους ταλάσσει τε καὶ γράφειν ἐστι ἀντῶν  
δύχυμένας, καὶ διὰ τῶν τοιώτων μημονεύματων πιλᾶ.  
Hinc fortè nata Romanorum consuetudo, qui  
cremato Imperatoris corpore aquilam emitte-  
bant, quæ in cælum animam principis deferre  
credebat. Qua de re est apud Herodianū lib. iv.  
Postea ait.

λευρᾶς οὐώπης γαλομῶν δί αὐλακῶ.

Similiter Sat. i. Iuvenalis de maleficio per arenam  
tracto.

*Ei latum mediā sulcum deducit arenā.*

πάλις τε ταῦλες) Apollinis Hector, non Priami,  
putatus quibusdā. Homeris Scholiastes Iliad. ter-  
tio. Πορφύριος ἐν τοῖς παραλειμμένοις φησὶν ὅπε  
ἔκλοει ἀπόλλων οὐδὲν ταρεγδίσασιν ιβυχῶ, ἀλέξαν-  
δρῶ, ἐν φοίλων καὶ λυκόφερων. Fortè ea ratione quā à  
veteribus herōes omnes Deorum filii nuncupa-  
bantur. Hierocles in Commēt. ad χοῦ ἐπει Pytha-  
gorē: Θεῶν παιδεῖς οἱ ἕρωες εἰκότως ἐπευφημῦνται, οὐκ  
έν την τῆς εἰσας ἀντοι γενέσεν, ἀλλ' ἐκ τῆς μονοειδοῦς  
ἀνθρώπινης πειρίας, οἷον φάσι τῇ στρατῇ φέλειν τε σώμα-  
τῳ σύνδεσμον. Emendabis verò obiter Etymologi-  
cum, ubi malè legitur τῶν φιλάτων, quod ab do-  
ctissimo Sylburgio non animadversum.

λαβὼν δέ ταύρον τὴν πεφασμένην δάνω) Taurum oc-  
cisum vocat Hectorem, quem Priamus redemit  
auro. De eius redemptione vide Homerum Iliad.  
a. & Theonis Sophiste παραδίγματα. Meminit  
quoq; Theoph. Simocatus in epist. quādam. Ηὔ-  
δην καὶ πειράμον δέ της θέπης. παῖς. καὶ τολεῖν γέδειχθεών  
δέ τη πυλέως ἥχυνετο, καὶ δίδωσι τῷ παῖσι τεθηκότα τὸν  
παιδία, μυσυχεστῷ φιλοπιμένῳ δάρει τε πειράμον.

Et Lactant lib. I.II. Scilicet aurum pendere debuit,  
tanquam pro mortno. Hesitore.

σκεδρῷ ταλάνῳ τρυπάνῳ ἥρτημένῳ) Ita solebant veteres. Homeri Schol. Iliad. v. Μηδέπω νομισμάτων ὑπαρχόντων, σαθυρῇ εἰδὼν οἱ ἀρχαῖοι χειροῖς καὶ ἀργύρους, καὶ τὰ παιεστῶν. Idem mos Romanis priscis. Æl. Donatus Phorm. Act. i. Sc. i. Viciatim. Cum expensa pecunia ferretur more veterum, non, ut nunc, annumeraretur. Petrii interpres vetus Sat. 2. Solebat (as) pensari potius, quam numerari. Festus, Æs pensantes expendebant, non adnumerabant. Isidorus Otig. lib. x. Prius qui dabant pecuniam, non numerabant eam, sed appendebant. Ea propter trutina in æde Saturni polita fuit, moris antiqui vestigium. Varro de L. L. lib. iv. Per trutinam solvi solitum, vestigium etiam nunc manet in æde Saturni, quod ea etia nunc propter pensum trutinam habet positam.

χειτῆρα βάχχῳ δύσεται) Homeri Scholia festes Iliad. Φ' Διόνυσον ἥψασον γενόμενον ἐν νάξῳ μιᾷ τῶν κυκλαδίων ξενίσας, ἔλαβε τῷρ ἀντὸς δώσεν χρύσεον ἀμφορέα. Διωρχεῖς δὲ ὑσεργον ὑπὸ λυκάργῳ, καὶ καταφυγῷ εἰς θάλασσαν, φιλοφέρεντος ἀντὸν ὑποδέξαμέντος θέτιδος, ζόλωκεν ἀντὶ τὸν ἀμφορέα, οὐ δὲ τῷ πατεῖ ἔχαρισμα, θῶσις μετὰ θάνατον ἐν αὐτῷ ἀποπθῆσαι αὐτός. quæ verba optimè hunc Lycophronis locum exponunt. Est autem hic crater inter astra postea relatus: Macrobius in Somn. Scip. lib. i. cap. xi i. Arca cui huius indicium est crater Liberi patris ille siderens in regione qua inter cancerum est & leonem locatus, &c.

γύμφασιν αἱ φίλαντο βιφύρτῃσι) Nymphas amare

mare Bephyri fluenta ait, quia eæ fluminum omnium præsides credebantur. Servius Eclog. i.

Omnibus aquis Nymphae sunt præsidentes.

Vide Porphyrium lib. de Nymphae antro. Itaque quicunque fluvium transituri, eum adorabat, & manus lavabant. Hesiodus lib. 2.

Μηδὲ τοτὲ ἀεράων ποταμῶν καλλίρροον ὄδυνε.

Ποστὶ περάν, περὶ γ' εὐέη ἴδωντες καλὰ ρέεσθαι,  
Χεῖρες νιφάδεν Θεοὶ πολυνεργάτης ὄδυπλοι λευκῷ.

Militares copiæ sacrificabant, atque id vocabant θύειν τὰ θιαβατίσαια. Neque Romani Petroniam amnem in Tiberim defluentem inauspicato transibant, & Perenne auspicari dicebant. Festus Perenne auspicari dicebant, qui omnem aquam, quæ ex sacro oritur, auspicato transit. Vide eundem in Petronia.

ἢ τοιεδεμαίνω πότμον) Historiam quam Lycophron innuit, narrat Homeri interpres Iliad. Α. Λέγεται τινὰ θέτιν ταξὶδίον μαθεῖν περὶ ἀχλάτων, οἳτε εἰ μὲν μείνειν ἐν τῇ φθίᾳ μὲ συμπλεύσας ἔλπον εἰς τὰ ἕλιον, πολλὴ μὲν ἔσται ἀντρῷζον, ἀδεξί θ. εἰ δὲ συνέλθοις ἀντοῖς, ἔσται ὀλιγοχόρον Θ. μὲν, αλλ' ἀοιδήμων καὶ ἐνκλεῖς. θέντος ὡς τοφειδίνια ή θέτις τοῦτο, λιβύδιν ταξιδεύεντος εἰς τὸν λυκομῆδον ταφειδῶνα αἱ κόρεις ἐν τῷ σκύρῳ. Philostratus junior in Imaginibus. Τὸ γέ τοι μοιρῶν δῆπε τῷ πατεῖ δόγμα παρὰ τοῦ πατέρος Νησίων ή Θέτις μαθοῦσα, καὶ αἱ ἐπ' ἀμφω πεπραμένον ἀντροῖς, η Κύπρος ἀκλεων, η Ἐνικλεῖ γενόμενον πάχεα τελεῖσθαι, ἀπόδειτο ἀντὶ δι τοῦ πατεῖ λυκομῆδον θυματράσιον ἐν σκύρῳ κρύπτει, κόρη μὲν οὖτις δοκῶν τοῖς ἀλλασ. Tertullianus lib. de Pallio. Naturam concussum Larissans heros in virginem mutando ille

ferarum medullis educatus, unde & nominis consilium. Apud Statium Papinum in Achilleide sic Scyrum alloquitur Thetis.

*Chara mili tellus magna cui pignora cura  
Depositumq; ingens timido commissimus astu,  
Sis felix, taceasq; precor quo more tacebat  
Creta Rhea, te longus honos aeternaq; cingent  
Templa. — & quæ sequuntur.*

Horatius Carm.lib.1.Od.vi 11.

*Quid latet, ut marina*

*Filium dicunt Thetidis sub lacrymosa Troia  
Funera, ne virilis.*

*Cultus in cedē & Lycias proriperet catervas.*  
Theon in Paradigm.O<sup>ο</sup> γενναῖος ἀγλαῖος πολὰ  
φράσις χαίρει ὅπλοις, καὶ τῇ δόξῃ τοῦ πατέρος εἰς σκῆνην  
καταφεύγει, καὶ εἰς παρθενῶνα κατέδυν, καὶ τὴν φύσιν ἔκρυψε  
τῷ σχήματι, καθόπουσιν ἐν βελόμενος. Vide etiam  
Hygini fab.96. Apollodorum lib.3.Ioan. Tzeten Chil. iv. Hist. 16. Philostratus ἱρωϊκοῖς com-  
mentitium existimat.

*οῖον κιον' αἴστωτες δόμων ) Hectorem κιονα vocat  
eleganter poëta noster.*

*σύλοις γδὲ οἴκων ταῖσις εἰσὶν ἄποτες.*

ut ait Euripides. Inde Apuleium illustro Miles. 7.  
*Sed uxor eius Plotina, quadam rara fidei argue singularis pudicitia femina, que decimo partus stipendio viri familiam fundaverat. Item Statium Papinum Sylv.lib. iv.in carmine ad Maximum.*

*Sed damus lento veniam, quod alman  
Prole fundasti vacuos penates.  
Odium letum, venit ecce nobis  
Maximus alter.*

Et The-

et Thebaid.lib.1.

*Hic sexus melioris inops, sed prole virebat  
Famineā, gemino natarum pignore fultus.*

Huc pertinent Artemidori illa lib. 2.cap.10. Klo-  
ves ὁ καθαρὸς πνεὺς καθαρεύεται, καὶ μὴ διαφεύγεται, τὰ  
τέκνα σημαίνοντα τὸ ιδόντος δὲ τὸ βελτίον καὶ λαμπτέο-  
περν μεταβήνει. οἱ δὲ συγτειβόμενοι νιών ὀλεθρεύονται  
μαίνονται. Afranius in Privigno etiam mulierem  
firmamentum appellat simillimo modo:

*Uxorem queris firmamentum familiae,*

*Scias abesse abiis Iuſtris ingenium procul.*

Lycophronis huic loco similis planè Pindari is  
Olympion. Od. 3.dum inquit.

ἀχλέα τὸν ἔνεικον ἔπει  
ζεῦς ἡπος λιταῖς ἔσπεισε μάτηο  
οὐ ἔκλος ἔσφαλτος τεργίας  
ἀμαχον ἀσεγεῖη κιο-  
να, —

Simili modo in Cantico Canticorum angeli co-  
lumnæ nuncupantur. Mox vocat Hectorem ἔρεισ-  
μα πάτερ, quemadmodum Pindarus sacerdotem victo-  
res suos. Quir autem homines columnæ assimili-  
lentur haec est causa. In ædibus prisci avi erant  
effigies, que columnas earum fulcirent, ut auctor  
est Viatorius: ex à Græcis ἀτλανταῖς, à Latinis Tela-  
mones dictæ fuerunt: Verba hac sunt lib.vi.cap.x.  
Item si qua virili figurâ signa mutulos aut coronas  
sustinent, nostri Telamonies appellant, cuius rationes  
quid ita, aut quare, ex historiis non inveniuntur, Graci  
verò eos ἀτλανταῖς vocitant, Atlas enim historicè for-  
matur sustinēs mūndū. Atq; ἀτλανταῖς quidē quia fa-  
bricabātur ad effigiē Atlatis celi colunā sustinētis.

M 4

Elegan-

Eleganter Aischylus Prometheus.

Οὐδῆτ' εἰπεῖ με κακογύντα τύχαι  
τείρσος ἀτλαντὸς τῷ πόδεσσι οὐτέρες τόπους  
ἔσπηκε κίων ἐρευνεῖ τε καὶ χρονὸς  
ῶμοις ἐρεῖσθαι ἔχοις εἰς ἐνάγκαλον.

Nunc cupabantur autē isti telamones gibbosī, quod ita fierent (ut ait Servius) ut gibbosī imitentur, dum onera sustinent. Martialis hinc est celiendus.

— ridetur Atlas cum compare gibbo.

Ait verò Victorius ἀτλαντας Latinè Telamones dici, ut & Glossarium Telamo, Αγλασοεξ. Eminentia Aτλας τὸ ὄφες. quod & in Critico monui. Id ab Ennio profectum docet Servius lib. I. Aeneid. Vel potest ejus assimilationis hæc causa videri, quod olim eolumnas pro simulacris ponere consueverint. Clemens Strom. I. περὶ γῆν ἀκελεωῦνται τὰς τῶν ἀγαλμάτων φέστες, κίονας ἴσαντες οἱ παλαιοί, ἐσθετούσι τούτους ὡς αὐτισμάτα Γένεα.

Pag. 22. καλῶν ἐπειχαίσι πλεῖστα φύξιον δία) Appellat φύξιον δία, qui aliter Στολέροπαι, Latinis *Averruncus* & *Prodigialis*: Et *Averrunci* dii omnes. Glossæ, δέος Στολέρωπαι. *Auruncus*. Eqdē *Auruncus*, δέος Στολέροπαι. *Deos* depellentes dixit Persius Sat. v. & *Deos* avertentes Tarquitius apud Macrobius, lib. 3. cap. 20. Appositè autem Iovem prædictit invocandum Græcorum exercitui, quippe cui etiam post reportaram victoriam simulacrum statuebant, ut est apud Scholia stenæ Euripidis Phænissis.

καὶ σανεγίσι κορωνὴν πλένει) Palos hos *Cervos Romanos* appellabant. Solebant verò illos castris ad munitionem præfigere. Meminit eorum Virgilius in eclogis.

Atque

Atque humiles habitare casas, & figere cervos.

Tibullus lib. 4.

Nam te non alius bellum tenet aptius artes,  
Quia deceat tutam castris præducere foſſam,  
Qualiter adversos hosti defigere cervos,  
Quemve lacum dulco melius sit claudere vallo.

Mentio eorum etiam apud Iulium Cæsarē Commentariis de Bellis Civili & Gallico.

ὧς μέλισσαι συμπενεμέναι καπνῷ.) Apes terri fumo sciunt ii qui alvearia curant. Sed natū istū morem non hodiè neque heri testatur Virgilius Georg. lib. 4.

— fumosq; manu pretende sequaces.

Inde ait Quintilianus Declamat. xiiii. de apibus veneno enectis loquens. *Hoc tu damnum intelligis, hoc veneno vindicas, quod meherculè inhumane etiam fumo prohibuissis?* Apollonius lib. 2.

ὧς ἡ μελισσῶν σμῆναι μέλι μηλοβοτήρες  
ἢ μελισσόμοις πέτρῃ ἐνι καστνιώσαντι,  
αἱ δὲ τοι τεῖνα μὲν ἀσθλέες φένι σίμβλῳ  
βομβεῖδὸν κλονέονται, διπλῶς δὲ λιγνύεονται  
καπνῷ τυφόμεναι πέτρας ἔκεις αἰώνασιν.

Ammianus lib. xviiii. In domo Barbariorum, pedestris militiæ tunc relictoris, examen apes fecere per spicuum. Superq; hoc prodigiorum gnaros sollicitè consulenti, discriben magnum portendi responsum est, conjecturā videlicet tali, quod ha volucres post compositas sedes opefū congregatas, fumo pelluntur, & turbulento sonitu cymbalorum. Testatur idem Aristoteles in Historiâ animalium. Huc pertinent illa Vlpiani lib. 9. Disputation. D. Ad legem Aquilam. Si quis fumo facto apes alienas fugaverit, vel

M 5

etiam

etiam necaverit, magis causam mortis prestitissimam  
videtur quam occidisse, & ideo in factum actione  
tenebitur. Idem lib. xvi. i. ad Edictum. Si cū apes  
mea ad tuas advolabēt, tu eas excusseris, legis Aquila  
actionem competere Celsus ait. Quem locum  
indicavit mihi amicissimus meus Scrivenerius. Di-  
cebantur autem apud veteres Græcos (libet enim  
hoc nunc dicere, quia in id vocabulum incidi)  
μέλισσα etiam animæ. Porphyrius lib. de Nymph.  
antro. Καὶ ἔτι γε μᾶλλον νύμφαι λαίς ψυχάεις, οὐδὲν  
μελίσσαις οἱ ταλαιποὶ ἐκάλυψαν, οὐδὲν δὲ στασιάκας. οὐδὲν  
ηὐ οὐ σφορκαῖς εἰς ἀνοικεῖας ἐπίλων ψυχῶν ἐφη. Βορβέτι  
νεκρῶν σμῆνθος, ἐργάζεται τὸ ἄλλο. Sic vicissim Quintili-  
anus apes *Animas* vocat loco citato. *Animum*  
*meum extinctæ unius hora momento tot anime mo-*  
*rent, quod perierunt de me benè merite.*

μήνης ἐλαστικύντον) Veteres Græci ad lunę cur-  
sum menstruum tempus metiri solitos innuit hoc  
loco Lycophron, quod notū ex Aristophanis Ni-  
candriqué interpretibus, & Censorino. Item Ma-  
crobius Saturn. lib. i. cap. 16. Theodoretus de Pro-  
vid. Serin. i. Τοῦ δὲ μηδὸν εἰς τῆς στλίνης τὸ μέτρον  
λαμβάνομεν, ζευτεῦθεν γὰρ καὶ τῆς ωστοργίας μετέλα-  
χε. μήνην γὰρ διαράγγει τὴν στλήνην. Imitati eos etiam  
veteres Latini; Sequentes tamen ad solis cursum  
omnia tépora dimetiebantur, teste Macrobius loco  
citato. Id ipsum designans Virgilius dicit.

vos ὁ clarissima mundi  
Lumina, quæ calo labentem ducitis annum,  
Liber, & alma Ceres.  
μνεόφεω βαλῶν Ἰηγῆ τοξῶν) Eleganter sagittas  
tribuit Troilo amasio Achillis, nam etiam homi-  
nis

nis forma amantem lādit, unde & Cupidini tela  
affingūt poëtae. Xenophon Σπουργ. α. Ι<sup>ο</sup>ς τῶν ἥγειρα-  
τες τοξοὶ διὰ τοῦτο καλοῦται, ὅπερ ἡ πόρρωθεν οἱ παλοὶ  
πιθώσκουσ. Phurnut<sup>9</sup>. Τοξότης ὁ (ὅρεως δὲ) ἐπεὶ πλη-  
γῇ πινόδοιον ἔπος ἦν τερποῦσσες οἱ ἀλισκόμενοι ἀπὸ  
πάρκων. Aristænetus lib. i. Οὐραῖς καὶ μετρίως ἐνέτε-  
τε τὴν νευρὰν, ὅπερ ἡ τερπωνή σέφυκεν ή Ιοχεία, ἀλλ' οὐσῃ  
ἔγχειν ιοχῷ τερπελώσας τὸ τοξό, σφισθρότατα σιεφῆκε  
τὸ βέλος. Vide Moschi ἑρωτα δραπέτη.

πρὸς τοῦ Δημέντου) Hesiodus in Theogoniā de  
Amore.

— πάντων ἀνθρώπων  
δύμαται εἰς σύθεσιν νόον καὶ δημφενενα βελὸν.  
Musæus.

ἄνδεις γέδειοι δέμηπποι ἕρεσι βελέεσι δαμάζει,  
καὶ πάλιν ἀνέρως ἔλκεται ἀκένεται. οἵτινες δὲ ἀνάστα-  
σιτὸς ὁ πανδυμάτως βελυπόφερος τὸ δέδει βελοῖσιν.  
ἴνδιμα πάντα πολεμεῖται. Ili sepulcrum intelligit, quod

ἐν τασσίᾳ Σιμέντος —

fuisse canit Theocritus χάριστος. Meminit ejusdem  
Valer. Flaccus lib. i. *Litoragis* & veteres tumulos  
pralabitur Ili. Homerus Iliad. xi.

Καὶ τριάτη μὲν ἡ δὲ Γλα τήματα μάχη.  
Item.

Οἱ δὲ παρ' Γλα τήμα ταλαιπῶς Δαρδανίδες  
Μέσων καππαδίον. &c.

Elegans locus Strabonis lib. viii. Εἶνας δὲ διὰ τοῦ  
τοῦ μέσω τῷ πεδίῳ τετράφυλλο μέτρον (τὸν Γλανον) ὅπερ  
πρωτότοτος διδέρρησεν εἰς τοῖς πεδίοις δέδαι τὸ ἐποκηταρ. Emendabis verò Etymologicum, in quo pessimè  
legitur.

ἴνδιμα πομπῆ καὶ χαμενίδεια ταλαῦη.

verbis sensum nullum habentibus.

τῷ μὲν λοχεῖας γυναικῶν σφρόσῳ) Solebant quondam partum ē matris utero prodeunte aquā abluerē. Moris ejus quoque apud Callinactium vestigium, hymno in Iovem.

Ἐνδιαστέλλεται μάτης μεγάλων ἀπεθίκετο κόλπων,  
Αὐτίκα δίζηστο ρόον ἴδεισθαι φένε τόκοιο

Δύματα χυτλάσσοι, τεὸν δ' ἐντὸς χεῶντα λοίσας,  
Item hymno in Delum.

— οἴδε καὶ ἄλλας —

Λασπαμένας ἐπέμετο λεχαῖδας —

ita malim legere, quam ἀπέμετο. Apud Lucianū quoque τεχνοποδάριο.

ὅτε γένονται λαγύνων σε τεκνού

Μοῖρα, Κλωδώ τοτὲ ἔλασσον.

Ennius Andromedā apud Nonium in Lavit. Nam ubi introducta est, puerumq[ue]z, ut lavent, locant in clypeo. Plautus Amphytrione, Scenā, Spes atque opes, &c.

Postquam peperit pueros, lavere jussit nos occipimus,

Sed puer ille quē ego lavi, ut magnus est, & multum valet.

Hinc capiendus Apuleius Miles. i. Et lotio perlitus quasi recens utero matris editus. Nonnus ἀχύταλον λοχεῖων eleganter dixit de Bacchi nativitate lib. ix. Dionys.

Ἐγμινιάρχταστοι διάταντα λοχεῖν  
τούχει καθεν αὖθις εκφέσει σύγμονθεῖμης.

Apollonius lib. 2. de Tibarenis agens.

— ταὶ δὲ ἀντὶ κομέστων ἐδωδῆ

Αὐτέργας, οἵδε λοετρὰ λεχαῖνα τοῖσι πένονται.

Nam

Nam hinc petenda ei loco lux. Vides etiam hanc consuetudinem apud Aristotelem lib. τετρατομ. ἀντομονος cujus ea sunt verba. Αἱ γυναικες ἀμα ἐργαζόμεναι τιθεσθαι, ὡς τὸ παιδίον ὑπὸ πεικλύσασι, παρεχήσσια σκέψησι καὶ σκάλλασι, καὶ τάλλα σικονομήσιν ἀμα πητίσουσι. Apollonii tamè locū etiam ad puerarum ablutionē poteris referre.

σέ δὲ ἀμα περὶ νυμφεῖα Polyxenē immolationē à Neoptolemo ad Achillis tumulum factam attingit, quam vide apud Ovidium Met. lib. 13. Senecam Troade. & Dictyn libro ultimo. A quibus dissentit Philostratus ἱστορίος ita narrans. Λέγεται ἡ πολιορκία φεγγυστῶν ἐπὶ Εἰρῆν τῶν τρωάδων, καὶ τῶν τρωών ἐσκεδασμένων, οὐδὲ γένονται πάντα διαχρέως ἀστέρων οὐρανοῦ, αὐτομολία χειρουργῆς καὶ φυγῆν εἰς τὸ ἑλλασικὸν, αναποθεῖσα τε τῷ ἀγαμέμονοι γῆν μὲν ἐν κομβῷ δὲ λαμπτέῃ τε καὶ σφενοῖ, καθάπερ ἐν πατρὶστῃ οἰκίᾳ. Ιεράταις ὃς δὴ κειμένης Εὐερῆ φραμεῖν ἀπὸ τοῦ σῆμα ἐν νυκτὶ, ξίφος τε ἀντὶν διπλῶν πολλὰ εἰσποντα ἐλεγενά καὶ γαμικά. ὅτε δὲ καὶ δεῖποντος ἀχρέως ἐραστῶν μετιναι, καὶ ἀγράγεις αὐτῶν μηδενομένων τὸν γάμον.

μαρτιλίες δυνατὰς) Veteribus ante nuptias sacrificare moris fuit. Polyænus lib. iv. Ταῦτα (Νυμφαῖα) Αὐτίχοροι τῷ γῷ Δημητρίῳ μνησένται. ή δὲ σύμενη μηδεκίν φαστολεῖ καὶ περὶ γάμου ἀντὶν ἐπέδωκεν. ήν θυσία μεγαλοπρεπής. Σανίγνεις. Theophrastus ήδ. Χαρακτ. cap. περὶ ἀνελάθερίας. Καὶ ἐκδιδὺ ἔστων θυσιάτερα, Εἰ μὲν ιερεῖς ταὶν τῶν ιερείων τὰ κρέας ἀνδρῶν Πausanias. Τυράννεως δύσας ἐπὶ πον τούς Εἰλέντις εξώρχη μηνιστῆρας ισάς δηλ Εἰπον τῶν τομίων. Dicēbatur autem id sacrificium περιγέμισα, μαρτιλία, περιτέλια. Vide præter poetarū interpres, Iul. Pollu-

Pollucem lib.3. cap.3. Lycophrō γαμπλίνος δυνάδες  
nuncupat. Terentius Phorm. Act. iv. Sc. iv.

Ducenda est uxor, ut ait, concedo tibi  
Spatum quidem apparandis nuptiis,  
Uocandi, sacrificandi, dabitur paullulum.

Et apud Plautum Aulularia. Fiebat verò Iunoni,  
Veneri, & Gratiis. Etymologici auctor. Γαμπλία, ή  
τις τὸς φερτορας διδομένη ἐγγεφή, καὶ εἰσαγωγὴ ὡπὸ<sup>τ</sup>  
γάμου, λιῶνόν μαστον καὶ κυρεάπν. δι δέ φασι γαμπλίαν  
δυοῖαν, λιῶνον τοῖς διμόδιαις δι εἰς τὸς ἐφίβες ἐγγε-  
φέμενοι, καὶ μέλλοντες γαμεῖν. ἐγίνετο δὲ η θυσία τῆς  
φερτορας, καὶ αφερδίτη, καὶ χάριοι. Ait verò, Γαμπλία. ή εἰς  
τὸς φερτορας διδομένη ἐγγεφή. Ita numirum apud  
oratores intelligi debet, apud quos nō una huic  
vocis notio. Harpocratior. Εν μὲν τοῖς Ισαίωντοι  
γύμναις φονον ἔχει τὸν γαμπλίαν τοῦς φερτορον διπλάκους  
διδομένους, παρεπθέμενος λέξιν φανδίμενος, ἐν δὲ οὐδενὶ<sup>τ</sup>  
τοιστον γέγενται. ἐν δὲ τοῖς εἰς διμοδένους, δι αὐλίς πά-  
λιν γαμπλίαν φονον ἔχει τὸν εἰς τοὺς φερτορας εἰσαγωγὴν  
τῶν γυναικῶν, διδεμίαν διδομένην τῆς ἐγγήσεως πε-  
δέμενος. Sed ad sacrificia nuptialia revertor. Etiā  
Romanis moris fuit ante matrimonii copulatio-  
nem sacrificare, ut & in divortio, eorumque Con-  
farreatio atque Diffarreatio nota antiquitatis stu-  
diosiss: apud quos etiam Sponsus & Sponsa dicebā-  
tur, quod μανδάς interpositis rebus divinis face-  
rent, teste Festo. Iphidem verò cuius hic mentio,  
Helenæ & Thesei filiam memorat ex Euphorio  
ne idem Etymologici auctor.

σεφνθέσην βῆν) Vittatae antiquitus tam hostiae  
quam sacerdotes teste Emporio. Hinc apud Vir-  
gilium Æneid. 2. Sinon,

Γαμῆ infanda dies aderat, mihi sacra parari,  
Et salsa fruges, & circum tempora vitta.  
& infra.

vittag̃ Deum, quas hostia gesse.

Ovidius Met.lib.xv.

Victima labe carens, & præstantissima formâ,  
Nam placuisse nocet, vittis insignis & auro  
Sistitur ante aras.

Fuerunt autem ex vittæ lanâ. Festus. *Infula* sunt  
filamenta lanea, quibus sacerdotes, & hostie, tem-  
plaq̃ velabantur. Vide Varro lib.vi. Inde cū  
antiquitus frondes atque flores ad sepulcrū ferre  
moris esset, posteā addi cœpit lana.

τειπάτρα κανδάνω(;) Orion τειπάτως dicitur, à  
tribus (ut volunt fabule) patribus, love, Neptu-  
no, & Mercurio. Nonnus Dionys. lib.xiii.

ωέιων τειπάτωρ ἀπὸ μητέρως ἀγόρε γάινς,  
Ἐντε δεών τειγόνοισιν ἀλέκηδεσ γενέθλης  
εἰς τόκον ἀντοτέλεσον ἐμοσφάδη χύσις ἔρων,  
αὐλαχε νυμφείσου τελεστήριο βοεῖς.

Vide Palæphatum, Hyginum, Homeri & Nicander interpretes. Sed ineptit Scholiastes qui locum hunc de Orione interpretatur, deq; ejus gladio, nescio quid, comminiscitur. Certè aut ego longè fallor, aut Orion homo invisitate statuæ hic accipiendus pro aliquo Cyclopum Vulcani ministrorum, solent enim arma ιφαιστευκτα heroibus tribuere poëtae. Neqne mouere debet quenquam nominum propriorum confusio, quæ etiam apud Ovidium invenitur, cum ait:

Sive quis Antilochum narrabit ab Hettore vi-  
etum.

cum

cum tamen à Memnone occisus sit. Et apud Plautum Pseudolo.

*Item ut Medea Peliam concoxit senem.*

Cum tamen Aeson hoc acciderit. Virgilius quoque pro Castore Pollucem posuit.

*Talis Amyclae domitus Pollucis habenis  
Cyllarus.*

Servius. *Castor domitor equorum fuit, sed fratrem pro fratre posuit poetica licentia. Imitatur Prudensius apodeictus.*

*Aut Pollucis equum suffire ardentibus extis.*

Vocat verò τείπατερν, κατὰ συκοπὴν, pro eo quod est τειτοσάτορες. Similiter infra τειγένην & ponitur pro eo quod τελογένεια. Mutuatur autem hoc epitheton à tribus Cyclopibus Cotto, Gyge, & Briareo, qui nominabantur τελοπάτορες, quibusque Athenienses pro filiorum susceptione sacrificabant. Etymologicographus. *Τελοπάτορες. Δήμων ἀνέμεις εἶναι φησ. φιλόχροος δὲ τοὺς τειτοσάτρες πάνταν γεγονέναι πράτες, τινὶ μὲν γδ̄ σελίνῳ καὶ τὸν πλιον τόπε καλεῖν γνεῖς. τοὺς δὲ εἰ τούτων ιγίτους πατέρες. φανόδημος δὲ φησ ὅτι μόνοι ἀθλιαῖοι θύγοι καὶ ἔνχρυται ἀντοῖς ὑπὲρ γενέσεως παλλών. ἐν δὲ τοῖς Ορφέως φυσικοῖς τὸς τείτης πατέρες οὐ μαλκεῖσθαι, Προτοκλείαν, καὶ Πρωτοκρέοντα θυρωφόνος καὶ φύλακας ὄρτας τῶν ἀνέμων. δὲ τὸ ἐξηγητικὸν ποιῆσας οὐεγνοῦ καὶ γῆς ἀπός φυσιν ὀνόματα δὲ αὐτῶν, Κότιος, Βειάρεως, ἡ Γύγης. Vide etiam Suidam. Neque quenquam movere debet, quod Cyclopum epitheta confundat, nam hoc Lycophroni, aut potius vati confusa voce (ut primore Tragedia dicitur) oracula profanati, haud insolens. Eodem modo infra Iovis Agamemno-*

memnonis & Hercei, Minervæ Græcæ & Myndic epitheta confundit. Invenio tamen etiam gladii Orionis mentionem apud Noninum Dionys. lib. 25.

*τις ἔλος ἀγλωτὸς ἀμαλδεύς μαχαίρης.*

*ἢ χρονίος βελέστων οἰσεύστε βοάτων.*

Et ab Ovidio in Metamorphosi.

*Enifer Orion.*

Sed id quia armatus, unde & *Inugula* appellatus, Germanicus: *Hunc Romani Inugulam vocant, eo quod sit armatus; ut gladius stellarum luce terribilis, & clarissimus.* Itaque hoc sententiæ nostræ adversari non potest. Dixi autem Athenienses sacrificasse pro filiorum susceptione, quod colligi potest etiam ex Diogene Laertio lib. vi. in vita Cyclini cognominis. Θύσιτων τινῶν θεοῖς ἐπὶ τῷ γὸν γερέδῃ, εφη, περὶ δὲ τὸ ποσαστὸν ἐπιβῆ, οὐ δύετε. Et sancie adeo cupidæ masculæ prolis matres, ut an eā edituræ essent varijs omnibus quererent scire, maximè ovo gallinæ incubanti subducto, atque eousque foto, quoad pullus excluderetur, qui si gallus esset, masculæ prolis indicium habebatur. Imitati hoc Græcorum, ut multa alia, Romani. Videmus apud Suetonium Tiberii cap. xv. *Pregnans Livia, cum an marem editura esset, variis captaret omnibus, ovum incubanti galline subductum, nunc suā, nunc ministrarum manū per vices usque evavit, quoad pullus insigniter cristatus exclusus est.* Sed hæc, fateor, nimis extræ ordinem.

*δολόγκων θυρωλαδσον ὀλέην* Supplicii genus veteribus usitatissimum lapidibus fontes obruere. Vestigium ejus etiam apud Parthenium E' 90. 21. de Pisidice. E' πει μέν τοι ἐγκεχτίς πόλεως ἐγένελος.

μεμονός ἐπὶ τῷ σφραδένη, πρέτερόν τοι σεγνά-  
τος καταλαύσου τὸν κόσμον. Apuleius Miles. i. de Me-  
trop. Publicitus indignatio percrebuit, statutumq. est  
ut in eam die altera se verissimè saxorum jaculatio-  
nibus vindicaretur. Aelianus ποι. iug. lib.v. cap.  
xix. Αἰχμήρος τεργωδίας ἐκρίνετο ἀσφελας ἐπὶ τηι  
σφραδένη, ἔλοιμον ἐν ὅνταν ἀθυγαῖον βάλλειν λίθοις,  
&c. Polyænus lib. i. Οἱ δὲ πισεύσαντες Ἐλένην τῇ,  
πῆρος καὶ λίθος ἐπὶ τὴν δεράπαιαν ἐπεμπον. καὶ ὡς ἵερην  
δίκην ἐπὶ Τλιπολέμῳ λαβόντες τὴν Ἐλένην δέσμον,   
ἀπεχώρουσαν. Vincentius Bellonacensis in Speculo  
Historico. *Roma gladiatorio ludo celebrato, Tele-  
machus monachus increpitans populū attentus spe-  
ctaculis inhabantem, lapidatur a populo. Quæ habet  
sine dubio ex Theodoret lib. v. cap. xxvi. Hist. Ec-  
clesiast. & Cassiod. lib. x. Tripart. cap. ii. qui Te-  
lemonachi hujus meminerūt: id quid indicavit mihi  
Scriverius meus. Qui Julianus Declamat. xi.  
Populus quoq; impunitū nefas sine lapidibus pra-  
teribit? Petronius. Ex his qui in porticibus spatiab-  
antur, lapides in Eumolpum rectantem miserunt.  
Interpres historiæ Apollonii Tyrii. Tunc cives ra-  
piuerunt Strangulationem & Dionysiadem, extra ci-  
vitatem trahentes lapidaverunt. Apud Sophoclem  
quoque ἀντηγένη Creon minatur.  
φόνον ταρσεῖσθε μηδέλευσον ἐν πόλει.*

Si quis Polynicis cadaver sepelivisset. Philostra-  
tus ἱρωῖκος. Πειραιᾶς ὁ τῷ χεῖρες κατελιθώθη, βαλ-  
λάντων αὐλὸν πελοποννησίαν τε καὶ ιδακησίαν. Et lib. i.  
de vita Sophistarum in Lolliano. Θορίβιος ὁ κατεσ-  
τρός ἐπὶ τὰ ἀρτοπώλια, καὶ τῶν ἀδηναίων βάλλειν  
αὐτὸς ἀρμηκετων, παγκάνος ὁ κύων, &c. Fuit idem  
mos

mos Hebreis. D. Lucas Actoriū cap. 7. de Stephano protomartyre. Καὶ ἐνβαλντες ἔξω τῆς πόλεως ἐλθοῦσσαν. &c postea. Καὶ ἐλθοῦσσαν τὸ Στέφανον ὅπη-  
γκλημενον, γέλεοντα, Κύει οὐ ποτὲ δέξαι τὸ πνεῦμα με.  
Et in veteri testamento multa vestigia.

οἱ δὲ εὑρὶς τύμπων τὰ ἀγαμέμνονος) Reprehēdit Ly-  
cophronem Lamb. Hortensius, quod Cassandra  
inducat vaticinantem moriturum Priamū ad Io-  
vis Agamemnonis aram, qui à Spartanis coleba-  
tur, quod etiam infra est videte, cum ad Hercei  
(quem etiam Penetralem deum Latini veteres vo-  
citarunt) pereemptum omnes veluti uno ore te-  
stentur. Triphyodorus.

Δικαιός δὲ γέρεντα Νεοπόλεμος βασιλεὺς  
πήμασι κεκυπότα παρεἴκεται καί τε βαύμα

Et præter hūnc Virgilius, Ovidius, alii. Nos po-  
sius condonandam poëta authoritatē hanc epi-  
thetorum confusionem cēsemus, qui etiam infī  
Epeum instrumenta sua, quibus equū Durateum  
fabricasset, Myndiā Minervā consecrasseait, cum  
Græca id factum historiæ tradant. Suprà quoque  
Cyclopum epitheta confusa monuimus.

οἱ τεὸς καλύπτεις) Capto Ilio, Laomedonteque  
fagittis confixo, cum Telamonii ab Hercule ob-  
rem præclarè gestam Hesione donata esset, potes-  
statem Hesione fecit Hercules quem vellet potis-  
simum captivorum abducendi: quæ cum Podar-  
cem fratrem elegisset, Herculesque in servitu-  
tem redigendum esse dictitaret, dempto de capi-  
te flammeo aureo eum redemit. Vide Apollodo-  
rum lib. 2. De calyptà verò ita Festus. Calyptra,  
genus vestimenti, quo capita operiebant. Iul. Pol-  
lux

lux lib. 3. cap. 3. Tò δὲ ἔθιβλημα τῆς γυναικὸς, ἐαύρος,  
καὶ καλύπτει. Etiam Hesychii glossa καλύπτει interpretantur κεφαλῆς κάλυψις. Interpres vetus Iu-  
venalis Sat. 2. *Flameum. Vestis pudori similis, quam  
& propter pudorem accipiebant.* Hinc videre est  
fuisse rubri coloris hoc vestimenti genus, nam ta-  
lis vultus pudore suffusorum.

φλέξας τὸν ὠδίνοντα ) Gravidum dicit equum,  
quemadmodum Lucretius eleganter lib. 1.

*Nec cum Durateus Troianis Pergama partu  
Inflammasset equus nocturno Grajugenarum.*  
Ennius Alexandro.

*Nam maxumo saltu superavit  
Gravidus armatis equus  
Qui suo partu ardua perdat.  
Pergama.*

Virgilius Aeneid. vi.

*Cum fatalis equus saltu super ardua venit  
Pergama, & armatum peditem gravis attulit  
alvo.*

Macrob. Sat. lib. 111. cap. xiiii. C. Titius in sua-  
fione legis Fannia objicit seculo suo quod porcum  
Troianum mensis inferant. quem illi iudeo sic vocabat,  
quasi alii inclusis animalibus gravidū, ut ille Troia-  
nus equus gravidus armatis fuit.

Simili phrasē dixit etiam Petronius Arbiter de co-  
dem hoc equo graves equi recessus. &

gravidis freta pulsa carinis

*quam peragrabantur, si quis sinus abditus ultrā.  
Sidonius gravidas spicas Epist. lib. viiiii. Grav-  
idas tibi spiritualium sensuum spicas doctrina sa-  
lubris messe parturiant. Eodem modo infrā lo-  
quitur*

quitur Lycophron noster.

ὅδι ἀντὶ τιτοῦ σκορπίου λειμῷ παάσας  
φόρκῳ, κακῆς ὠδῖνῃ ἐκλαυσε βάρῃ.

μοσμωτὸν λόχον) Legundū μοσμῷ τὸν. Nam pueri  
equum μοσμῷ vocabant. Theocritus Idyllio xv.  
— ὡν ἀξῶ τὸ τέκνον. μοσμῷ δάκνει παπῷ.

Δάκνει δάκνει θέλεις.

Simili modo eleganter μοσμῷ vocat Lycophron  
equū hunc, qui Troianis magno terrori fuit. Etat  
autem miræ magnitudinis. Virgilius.

*Instar montis equum divinā Palladiis arte  
Ædificant. sc̄tāq; intexunt abiecte costas.*

Apud Aristophanem Avibus nugacissimus nun-  
cius dicit centum ulnarū fuisse, additque, ut per-  
suadeat, ipsum dimensum. Ita loquitur:

ἐναντίον δύναματε  
ἴππων ὑπόντων μέρεις ὅσον ὁ δύεις.  
ὑπὸ τὰ πλάτες ἀντιπεριστρέψασθεντες. πατερές  
Αγγ. Τὸ δὲ μῆκος ἔτι, καὶ γέμετρος αὐτὸς  
ἐκαλυπτόμενος.

Quia autem equo capta Troia, quinto quoq; an-  
no mense Octobri Marti immolabatur à Roma-  
nis in campo Martio equus October bigatus vi-  
stricū dexterior, caput patribus redimitum ha-  
bens, de quo magna erat contentio inter Subu-  
ranos & Sacravienses, ut hi in regiae pariete, illi  
ad turrim Mamiliam id figerent. Ejusdemq; cau-  
da, ut ex ea sanguis in focum destillaret, magna  
celeritate perferebatur in regiam. Meminerunt  
ejus moris Festus, & Propertius.

Λάρυγχα κακὸν φύκτων ) Vestigium hic vete-  
ris in militiā Græcorum moris, quem enarrat

Theognidis Scholiast. Εὐθυνός λέπτον τῶν πύργων ἡ  
δεινῶν τόπων σημεῖα διὰ πύργος τοιοῦτα παρεσκευα-  
ζεῖσθαι, καὶ ἀντάφευκτοισι εὐλίθιστοι, καὶ φρυγίωρεις  
τὸ σημαίνειν ἔφεδον τολεμίων. Homeri Scholia festes  
Iliad. σ'. Εὔθος τοῖς ἀρχαῖοις τοῖς παλαιμυρένες θῆμα  
ἥμερα καπνὸν ἐπὸ τῶν τειχῶν διεγέρειν, τῇ δὲ νυκτὶ φλε-  
γεῖ, τῷ δὲ τῶν περιοίκων βούλεσθαι καὶ συμμαχίαν ἀπ-  
κλειμένης. Amylius Probus in Eumene. Dimi-  
dimū ferè spatiūm consecerat, cūm ex summa castro-  
rum ejus, sufficio allata est ad Eumenem hostē ap-  
propinquare. Apud Polycenum quoque lib. 1. Al-  
cibiades πεστυχέουσεν ὡς ἀντὸς ἐπὸ τῆς ἄκρας νύ-  
χτος τρεῖς ἀναχθούτον λαμπτῆν. Et apud Parthenium  
Polycrita σημεῖον ἀντοῖς ἀναρρέσσειν εὸν λαμπτῆν.  
Synesius Epist. 130. Αὐλὰ συγκανθι, τειχέσι δὲ εἰ-  
μι, καὶ πολιορκούμενοι γερίφω, τῆς ὥρας πολιάρις  
φρυκτοὺς ὄφαν, καὶ ἀντοῖς ἀνάπτων καὶ ἀντὸς αἰγῶν τοῖς  
ἄλλοις σημεῖα. Ad hunc morē referenda etiam illa  
Stephani in Boeotop. Καὶ ἐκεῖ φωσφόρος ἐπὶ δῆδας  
ἐποιεῖς νύκτος πολίτων φανῆναι, καὶ τῷ πολιορκίᾳ  
φυγῆσσι φωσφόρεις τὸν τόπον ὀνόμασσον.

τοῖς εἰς σημεῖον λεύκοφρον ἐπεπλάκοστον) Virgilius  
Eneid. 2. sub initium.

Est in conspectu Tenedos notissima fama,  
Insula dives, opum Priami dum regna ma-  
nebant,

Nunc tantum sinus & statio male fida carinis.

Huc se proiecti deserto in littore condunt.

καὶ πατέρων τόπον πόρκεως) Laocoontem unā cū  
filii duobus Antiphante & Thymbræo à serpenti-  
bus ē Tenedo advenientibus devoratum narrat  
Aeneidos Virgilianæ lib. 2. Aeneas. Petronius in

Satyrico, & Calaber παραλιπομένοις, qui addit eo-  
rum nomina fuisse Porcen & Charibæam. Lyco-  
phron solius Porca heic meminit.

ἐγὼ δὲ τάπιμων οὐ γάμες ἀγνημένου) Infrā quoq; ex- Pag. 26:  
tremā Cassandra.

πίστιν λόγων γολεψίες ἐνδοσφισε, πενθήσιοις φίμασιν ἐγχίσας ἐπι-  
καὶ δεσφάτον πρόμαντιν ἀψευδῆ φέρνιν,  
λέκχεων σερπετίς, οὐκ ἐκάλχαινεν τυχεῖν,  
δίστη δὲ ἀληθῆ, &c.

Vide Euripidis Scholia ad Andromachēn.

ἢ τὸν δοεγίον) Apollinis δοεγία ara in Delo fuit,  
ad quam hostiam credere nefas habebatur. Cen-  
sorius cap. 2. Id moris institutioq; majores nostri te-  
mnerunt, ut cum die natali manus annale Genio soli  
verent, manum à cede ac sanguine abstinerent, ne  
die, quā ipsi lucem accepissent, aliis demerent, deni-  
que Deli ad Apollinis Genitoris aram, ut Timaeus  
ancor est, nemo hostiam cedit. Posset etiam legi δυ-  
egίον, nam ita dictus Apollo, quod ερις arae ante  
edium fores (quæ ipsi à veteribus consecrata) sta-  
tuerentur. Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 9. Ete-  
nim, sicut Nigidius quoq; refert, apud Gracos Apol-  
lo colitur qui δυραιος vocatur; ejusq; aras ante fores  
suas celebrant, ipsum exitus & introitus demonstran-  
tes potenter.

λαφεῖς πλαστίδος) Solebant veteres Minervam,  
ante urbis portas pingere, unde eā πυλαι πλαγο-  
ρunt. Eschylus Scholia festes ad ἐπὶ τὴν θύσιας. Εὔ-  
γέρφων ταύτων (τὸν αἴσθητον) περὸ τοῦ πυλῶν τῆς πό-  
λεως, ἦν γολεψία πατέρων πύλαι πλαγεῖ, διὰ τὸ ἀναρ-  
ισθεῖσα ταύτην πεσθεῖσα πύλαι τῆς πόλεως.

την μεταβολας φασα) Vocat Cassandra columba, quia vaticinandi perita. Thessali enim πελειδα sua lingua vaticinatricē vocabat. Servius ad eclogam ix. In Epiro dicitur nemus fuisse in quo responda dabant columbae: quod ideo fingitur, quia lingua Thessalā πελειδας & columba & vaticinatrices vocantur. Est autem φάσα avis quam rusticī T etiam appellitarunt, teste eodem Servio ad eclogam primam. Emenda obiter Isidorum Orig. lib. XII. cap. viii. de ave hac loquentem. Palumbes eō quod sunt furta pabulo, quas vulgus tetas vocant. Nam male hodiē, a pabulo quas vulgus titos vocant.

η δι' εις τέρεγμα δυρεπογλύφ σύγκρισις ανασέφασον) Fabulantur, dum ab Aiace violaretur Cassandra, simulacrum Minervae oculos ad tēpli teatrum sustulisse. Homerī Schol. Iliad. v. Αἴας μὲν τὸν ίῆτα Ιάναιον πολλῶν κακῶν αἴπερ τοῖς ἐλλήσιοι πέλενοι, κακούνδραν δοῦτον πειράμενος ἔστη τὸν αὐτῶν, οὐ τοῦ θεοῦ τερόν κείσχοντεν, οὐτε τὸν θεαν τοὺς ὄφιδας & ξούρες εἰς τὸν θερόντην σέρφαι. Strabo hoc commentū recte improbat lib. vi. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ περὶ τὴν μυθεύσιν, οὐτε μὲν μένον κατατίμων φαινόμενον, καθάπερ, ἢ τὸ εἰς Γάιον ἀποστροφήν (malim αὐτοφθάλμον, ex Lyceophrone, & Homerī interprete) κατὰ τὸ Καρούρδας βιαστὸν, ηλατ καὶ καταμίον δεκτοῦν.

εξ ρεγνης περιουσα) Refert Herodianus lib. i. cælitus decidisse Palladium in quendam Phrygia agitu, cui Pessinus ab ejus casu nomine mansit: ibi enim a principio comparuisse. Vide etiam quæ Apollodorus lib. 3.

ἀνατητον τάππων χήρα πρωτόφεστον) Ardentē apud Ilium Minervæ templo, Ilus accurrens Pal-

ladium

Iadium eripuit, ob quod, cum à viro videri nefas esset, visu privatus fuit, quem tamen postea placato numine recuperavit. Vide Plutarchum παρεγγέλλοντος.

χριστὸν δὲ φεμέννα) Invisa magnoperè ea mors veteribus quæ in naufragiō oppetebatur, quia insepulta manebant corpora. Fl. Vegetius de Re militari lib. 4. cap. 44. Alii ferro interimuntur, aliis ardore cogantur in fluitibus: inter tanta tamen mortuum genera qui acerrimus casus est, absumenta piscibus insepulta sunt corpora. Ovidius Trist. lib. 1. eleg. 2.

Demite naufragium, mors mili munus erit.

Est aliquid fratoq. suo, ferroq. cadentem,

In solidā moriens ponere corpus humo,

Et mandare suis aliqua, & sperare sepulcrum,

Et non aquoreis piscibus esse cibum.

Itaque ne post mortem ejecti sepulturā carerent, membro alicui alligabat pretium, quod sepultus accipiebat. Planum id ex Synesii quādā epistola. Καὶ αἱ γυναικεῖς αὐταὶ τε ἐσκόδαζοτο, καὶ τοῖς θυμένοις ἀρτεδόνας δίενθιμον, πάλαι καταδεῖται γένετον τοῦ ποιεῖν. νῦν δὲ ἔχει τοιστον. φέρει δεῖ πρῶτην ἐντάξιον τὸν ἐν ναυάργῳ νεκρὸν. οὐδὲ περισσοχεῖν καὶ περδίγασθόντας αὐτοῖς σιδέρεται, μὴ ἐχειμώδες τὸ μέρος ἀποδέσσων τῷ χαρισμένῳ πολλαπλάσιον. Interpres historiæ Apollonii Tyrii. Iubet consecrari & compaginari tabulas, rimas & foramina bitumine liniri, & facere loculum, & chartā plumbēa intus posita obturari iussit. Perfetto loculo, regalibus ornamenti exornat puellam, & in loculo posuit, & xx, festertia aurii ad caput ejus posuit. Id aurum in

hunc usum fuisse appositum docent verba sequentia epistola ejus resignatae. *Quicunque hunc loculum inveneris, habes xx. sestertia auri, peto ut x. habeas, x. funeri impendas, hoc enim corpus multas lacrymas reliquit parentibus, & dolores amaros: quod si alius feceris quam quod dolor exposcit, ultimum diem incidas, nec sit qui corpus tuum sepultura commendet.* Itaque accepto eo pretio sepeliebant, aut saltem plena manu ter terram injiciebat. sine fere essent, impii habebantur. Sophoclis Schol. ἀντιγόνη. Οἱ διάνεκτοι ὁρῶντες ἀτυφον, καὶ μὴ ἐμπούσαντο κόνιν, ἐναγέσις ἐδόκεν. Ἀλιανος ποι. isop. lib. v. Νάπος καὶ ἦν ἀτικὸς, ὃς ἀντιτίθεται χρυσῷ αὐτῷ περ, τάφος ἐπιβάλλειν γῆν. Valer. Maximus lib. v. cap. 111. Post obitum nullam Attica regionis, quo ossibus ejus injiceretur, glebam invenit. Horatius lib. i. Od. xxviii.

*At tu nauta vase ne parce malignus arena.*

*Ossibus & capiti inhumato*

*Particulam dare.* —

quo loco Acton vetus interpres. In sacris hoc genus sepultura tradebatur, ut et si non obrueretur, manus plena ter jacta terra cadaveri pro sepultura esset. Quintilianus Declamat: v. Ignoritis cadaveribus humum congerimus, & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantulcumque veneretur aggestu. Declamat: v. Nobis (rerum natura) adversus exanimis genuit non solum miserationem, quia cogitationi nostra subit, sed etiam religionem. Inde ignoritis quoque corporibus transeuntium viatorum collatia sepultura, inde injecta ab alienis humus. Ennius

Cro-

Cresiphonte.

*Neque terram injicere, neque cruenta  
Convestire mibi corpora licuit.*

Vt indicavit Scriveterius. Observo autem glebam illam in os mortui injici consueisse. Cicero lib. 2. de legibus. *Prīus quam in os injecta gleba est, locus ille ubi crematum est corpus nihil habet religionis, &c.* Quod etiam satis illa Horatii ostendunt.

*At tu nauta vase ne parce malignus arena*

*Ossibus & capiti inhumato*

*Particulam dare.* —

Romani hoc iusta facere mortuo appellabant, qui facere cogebantur ante novarum frugum gustationem: si quis neglexisset, porcam praecidaneam Cereri mactabat. Festus lib. xiv. Praecidanea agna vocabatur, qua ante alias caudebatur: item porca, qua Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iusta non fecisset, id est, glebam non objecisset: quod mos erat eis facere prius, quam novas fruges gustarent. Varro de Vitâ pop. Romani lib. 111.

*Quid humatus non sit, hæredi porca praecidanea suscipienda (lego succidenda) Telluri, & Cereri, aliter familia pura non est. Sed in Festi verbis lego cum Scriverto meo, glebam in os fecissent,* Et tum juverint meam de glebae in os objectione sententiam. Atque post glebae injectionem mortuus *Humatus*, at ante *Humilis* vocabatur.

*κρωνοῖς ταχέστοις*) Vrnis antiqui mortuum cineres includere soliti. Homeri interpres Iliad. quarto. *Οἱ δέ χαιοῖ λαός μαρτυρεῖ εἰς ἔδαστον εἰς γῆν, εἰ μὴ πρότερον ἐκπονήσασι, εἴδε τότε τὴν τέφερον τοῖς*

*τοῖς ὅστοις ἐχώννυνος εὐ αγγέλῳ πνὶ ἀναθέμενος. Moschus idyllio 4.*

*καὶ κεντάρια χειρόσογεντα δέσποιντα  
λέξαντες κατέδαντας ὃν περιστον γενόμενα.*

Peregrè autem mortuorum cineres urnis impositos domum mittebant. Ammianus lib. xix. Post incensum corpus, obſaq̄, in argenteam urnam congecta, qua ad gentem humo mandanda portari statuerat pater, &c. Vbi legendum portare, vel deest vox, curare, aut tale quid. Ovidius Tristium lib. 3. eleg. 3.

*Ossa tamen facito parvā referantur in urna,  
Sic ego non etiam mortuus exul ero.*

*ἀλλ' ἔνομον διηγέρει) Mos fuit vetus Grecis pariter  
& Romanis usitansissimus mortuorum oculos suffigandi, teste Plutarcho. Propertius.*

*At nubi non oculos quisquam inclinavit euntis,  
Condita sunt vestrā lumina nostra manu. Statius Thebaid. lib. 2.*

*Proculbunere pares fatis (miserabile votum  
Mortis) & alterna clauerunt lumina dextrā.*

Virgilii Aeneid. ix.

*— nec te tua funera mater*

*Produxi, presi-ve oculos. —*

Valerius Flaccus Argonaut. lib. 3.

*— ferā componunt lumina dextrā.*

Romanis interdiu. id facere lege Mœniā interdictum fuit. Varro Geminis. Lex Mœnia est in pietate, ne filii patribus lucis claro fugillent oculos. Ideo que vulgo infelices appellabantur, quorum oculos propter absentia parentes aut propinquai claudere non potuissent. Ea de causa & hoc loco Lycophron

cophron Græcorum peregrè mortuorum οὐνοματικὴν dixit, cō respiciens. Inde & apud Theocritum ille laqueo vitam siniturus.

*Τὸν τλάμονα μὴ με παρένθης.*

Et apud Ovidium Metamorph. lib. xiv. de Iphide loquentem.

*Atque onus infelix elis à fruce pependit.*

*καὶ κεντάριων) Florentinus I. C. Instituit. lib. vii. Monumentum generaliter res est memoria causā in posterum prodita, in quā si corpus vel reliquia inferatur, fiet Sepulcrum, si vero nihil eorum inferatur, erit Monumentum memoria causā factum, quod Graci κεντάριον appellant. Argiuorum bello Troiano occisorum cenotaphium memorat Pausanias Κορινθίας. Τῶν δὲ ἀνθράκων εἰ πόρφυροι Δαρᾶς μηῆμα, καὶ Αργείων τάχος κενὸς διπόσης εἴ τε Ιλίου καὶ ὄπιον καμηλούντες εἰσέλαβεν οὐ τελεῖαι. Solebant verò olim cenotaphia in mortuorum honorem erigi, ad quæ memoriam eorum recolebāt. Agathias.*

*ταῖς λίτοις παρεδίτα, φίλῳ κατάλεξον ἀκοτύ*

*εὗτ' αὐτὸν λεύκαντις πατέριδα δεξιάτινη,*

*κέτσαντι πατέρισσαν, ἐγένετο μην εὐ χθονί τιμέθε,*

*αἱ αἱ, βοστοφίνες ἐγγύτερον ήσοντο,*

*αλλά μοι αὐτότι τεῦχε κενέος εὐγύνθισσος,*

*οὐρὴ ἀναμηνίστη τῆς πολὺ κατεδίνης.*

Callimachus epigrammate 22.

*— εἴτε ἀλλὰ πατέρεσσιν εἴτε, ἀντὶ αὐτοῦ ἐξειρε*

*Οὐρανα καὶ κενέον σῶμα παρεχόμενα,*

Virgilii tumulum inanem dixit Aeneidos libro tertio.

*Sollennes tum fortè dapes & tristia dona*

*Libabat cineri Andromache, manesq; vocabat.*

Helle-

*Hectoreum ad tumulum viridi quem cespite in-*  
*anem*

*Et geminas caussam lacrumis sacraverat aras.*  
Valerius Flaccus lib.v.

*Tu quoque nunc tumulo nequidquam condita*  
*inanis,*

*Annue diva maris.*

Suetonius in vitis Cæsarum lib.v.cap.i. *honora-*  
*rium tumulum appellat.. Ceterum exercitus hono-*  
*rarium ei tumulum excitavit, circâ quem deinceps*  
*stato die quotannis miles decurreret, Galliarumq; ci-*  
*vitates publicè supplicarent. Ex eodem hoc ritu*  
*capies Ausonium in Epitaphiis Profess. Burdiga-*  
*lensem Titulo xvii. Aemiliu Magni Actiorii.*

*Illic pives opum, doctoq; ibi Cæsare honorus*  
*Occubis patribus Magne superstibus*  
*In patriam sed te sedem ac monumenta tuorum*  
*Principis Augusti restituit pietas.*

*Hinc renovat caussam lacrumis, & flebile munus*  
*Annuus ingratia religione dies.*

Xenophon expeditionis Cyri lib.v. *ενίστι τούς εὐ-*  
*ταῦ ὁδοὺς οὐνεγκότες ἐδαφάν εν ταῦ ὑπαρχόντων οἱ*  
*ἐδύνασθο κέλλησα. οὓς ἢ μὴ ἔνεισκον, νεοταφοὶ αὐτοῖς*  
*ἐπωνοὶ μέτρα, καὶ περὶ μετάλλους σεράρες, ἐπέδεου.*  
Papinius Thebaid.libb.xii.

*Quin fugitis dum tuta via est, Lernāquæ reversa*  
*Nomina, quod supereft, vacuis datis orba se-*  
*pulcris,*

*Absentesq; animas ad inania bruta vocatis?*  
Quem locū indicavit mihi juvenis doctus Petrus  
Scrivenerius amicus meus. Ovidius Metamorph. xi.  
*Et sepē in tumulis sine corpore nomina legi.*

Pytha-

Pythagorici verò iis qui à philosophiâ descivis-  
sent cenotaphia extruebant, quippe eos pro mor-  
tuis habebant. Testes Origenes, Clemens, alii.  
Vide nobilissimi & doctissimis viri Theodori Can-  
teti Varias.

*καὶ νενέιων γεφαῖς) Notus omnibus mos sepul-*  
*crorum inscribendorum. Artemidorus lib.v. cap.*  
*LXXX. ἐπιγραφῆς ἀκόλυθον δέ τὸν ἀποδιάντα τυγχά-*  
*νεῖν. Theocritus in Epigrammatis.*

*ὅμικκὲς τὸ δέ έπειτε τὰ Θρησκία,*  
*Μήδις τὸ μνᾶμ δὲ τῷ ὁδῷ κατατάξαψε Κλείτας.*

Ovidius Trist.lib.3.eleg.3.

*Quosq; legat versus oculo properante viator.*

*Grandibus in tumuli marmore cade notis.*

Iuvenal.

*titulo res digna sepulcri. Seneca. In-*  
*scriptus dosseni monumento titulus:*

*Hos resistit & Sophiam Dossenni lege,*  
Quem locum suggestit Scrivenerius meus.

Hinc intelligendus Laberius apud Macrobius.

*Ut hedera serpens vires arboreas necat,*  
*Ita me vetustas amplexu annorum necat,*  
*Sepulcris similis nil nisi nomen retineo.*

Et Cicero lib.de Senectute. *Nec sepulcra leges ve-*  
*reor, quod aīt, ne perdam memoriam. Solebant ve-*  
*rò scribere non solum sepulti nomen, verum etiā*  
*quā patria & quā familia esset oriundus. Hiero-*  
*nymus in vita Paulæ.*

*Scipic quam genuit, Paula fudere parentes,*  
*Gracchorum soboles, Agaménonis inclyta proles,*  
*Hoc jacet in tumulo: Paulam dixere priores:*  
*Eustochii genitrix: Romani prima Senatus*

Pau-

*Pauperiem Christi & Bethlemitica rura secuta.  
Callimachus epigrammate xx.*

Τιμόνον τίς δ' ἔστι, μαρτυρονες, όσ' ἀνέπεγνων  
Εἰ μὴ Τιμοδένι πατέρος εἴπην οὐρα

Σίληη, καὶ Μίθυμνα τεῖλούτις.

*Diogenes Laertius lib. i. σόλων. Α' λλὰ καὶ αὐτὸς τὸς τάφος (ἐδίξε) πρὸς ἔνα βλέποντας, καὶ αὐτὸς τῶν θύμων τὸς χειραλισμὸς ἐγκεχαραγμένος. Theophrastus lib. ii. Χαροῦ. capite περὶ περιεργίας. Καὶ γυναικός δὲ πελευτοσάσης, ἐπιχράψας ἐπὶ τῷ μνῆμα τοῦ πελευτοῦ αὐτῆς, καὶ τῷ πατέρῳ, καὶ τῷ μητρὶ, καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς τύνομα, καὶ ποταπή δὲ. καὶ περιεργήψας ὅτι οὗτοι πάντες χειροὶ ήσαν. Romani hāc sepulcrorum inscriptionem memoriam sive monumentum dixerunt. Servius. Apparatus mortuorum funus dici solet: ex struttio lignorum, rogos, subictio ignis, pyra, crematio cadaveris, bustum, locus, ustrina, operis constructio, sepulcrum, inscriptum nomen, memoriaque, monumentum. Legimus minutā immutatione, i. n. memoria, atque monumentum, quam emendationem meā firmat illa Isidori Orig. lib. xv. cap. xi. ubi de sepulcrorum inscriptione. Monumenta itaque & memoria pro mētis admonitione dicta. Neque aliud memoria quam sepulcri inscriptio, in illis Ciceronis verbis. Nec sepulcra legens vercor, quod aiunt, ne perdam memoriam. Vetus Inscriptio.*

SERVILIVS. TROILVS.

SE. VIVO. CONPARAVIT,

MEMORIAM. SIBI. ET. SVIS.

Item alia,

C. CALPVRNIVS. PHILOKYRIVS. V. C.  
ET. SEPTIMIA. AMMIAS. CONIVX.  
CONPA-

CONPARAVERVNT. SIBI. MEMORIAS. II.  
Et apud Ausonium, monumenta in Epigrammate.

monumenta fatiscent.

Nōrs etiam saxis, nominibusq; venit.

Ἐν καταβάτησι σκηπτὸς κατ' ὄρφνην γεύσεθαι θυ-  
μέγον) Fulminū Iovis tria genera ponuntur. Hoc

tertiī generis censemūd. Festus. *Manubia Iovis* pag. 28;

tres dicuntur esse, quarum una sunt minime, que  
moneant, placidaq; sint. Altera que majores sint,

ac veniant cum fragore, discutiantq; aut divellant.  
qua à Iove sint, & consilio Deorum mutti existimen-

tur. Tertia his ampliores, qua cum igne veniant: &  
quamquam nullum sine igne fulgur est, & propriam

differentiam habeant, quod aut adurant, aut fulgi-

gue deformant, aut accendant, qua statum mutent.  
deorum consilio superiorum. Sciendū etiam noctur-

na fulgura (quale hoc, de quo Lycophron) Plu-  
roni, diurna autē (Dia appellabant & est in Glo-  
fario Dium, ἀσπαρη, & Diumius, ζεὺς κεράνιος) Io-

vi tributa fuille. Festus. *Dium fulgur appellabante*  
diurnum, quod putabant Iovis, ut nocturnum sum-  
manū. August. de Civitate dei lib. ix. cap. XXIIII.

Romani veteres nescio quē summanū, cui noctur-  
na fulmina tribuebant, coluerunt magis quam Io-

vem, ad quem diurna fulmina pertineant. Plinius  
Hist. Nat. lib. 2. cap. 52. *Thus* corū litera novem  
deos. emittere fulmina existimant, eaque esse unde-

sim generum, Iovem enim trina jaculari. Romani  
duo tantum ex ijs servavere: diurna attribuentes Io-  
vi nocturna Summano. Et Proborum fulgur di-

cebatur, quod incertum erat noctū an interdiu-  
factum esset, quapropter Iovi Fulguritori & Sum-

194 IOANNIS MEVRSI.  
mano sacrificabant. Iaculabantur vero etiam alii  
di fulmina, sed tantum alba, aut nigra, solus lu-  
piter rubra. Lyricorum Princeps Horatius lib. i.  
Od. 2.

— & rubenti  
Dexterā sacras jaculatus arces  
Terruit urbem.

Quo loco vetus ejus interpres Acrum. Omnes ma-  
nubie alba & nigra esse dicuntur. Iovis rubea &  
sanguinea. Claudianus lib. 2. de raptu Proserpinæ.

Missaq; pene foret, ni Iuppiter aethere sumimo

Paeſicas rubri mississet fulminis alas. Hec intel-  
ligit Arnobius lib. 111. Deos novem Manilius,  
quibus ſolis Iupiter potestatem jaciendi ſui permis-  
rit fulminis.

Quia autē Iupiter eos fulmine interſiceret, quo-  
quorum impietatem damnaret, inde factum ut  
Græci veteres damnatos κεραυνοῦσι dicerent.  
Artemidorus lib. 2. cap. 3. Καὶ γὰς τὸν κεταδίκε-  
τας κεραυνοῦσι φαμεν. Hinc capiendus Iuvenalis  
Satyra VIII.

— quam fulmine juſto  
Et Capito & Numitor ruerint damnante Se-  
natū

Pirata Cilicum.

Nam fulmine juſlo ruere Græcā phraſi dixit, pro  
damnari. Ab eodem fonte derivatum illud Statii  
Sylv. lib. v. in Proteptico ad Crispinum.

— nuper cum forte ſodalis  
Immerita falſo palleret criminē fama,  
Erigeretq; forum, ſuccinctaq; iudicē multo  
Surgeret, & caſtum vibraret Iulia fulmen.  
Fulmen

COMMENTARIUS. 195

Fulmen Iulie legis nihil aliud quam damnatio.  
Quā vero de cauſā Iovi fulmen tibutum sit, do-  
cet Plinius lib. 2. cap. 20. Latet plerosq; magnā  
cali affectatione compertū, principibus doctrina vi-  
ris, superiorum trium ſiderum ignes eſſe, qui decidui  
ad terras fulminum nomen habeant, ſed maximè ex  
iis medio loco ſiti, fortassis quia contagium nimii hu-  
moris ex superiori circulo atque ardoris ex ſubjeſto  
per hunc modum egerat, ideoque dictum Iovem ful-  
minajaculari. Dicit vero Lycophron καταλάθε  
σκηπτός, ſicuti poſteā ἀσκέγις ἐν μαριδάς. Proprie-  
quoque vocabulo σκηπτός uſus. Aristoteles lib. de  
Mundo. Τῶν δὲ κεραυνῶν, οἱ μὲν αἰδητῶδες, φοβεροίς  
λέγονται, οἱ δὲ ταχέως διάτονες, ἀργῆτες. ἐπικιαῖς δὲ, οἱ  
γραμμοῖς δὲ φερόμενοι. σκηπτοὶ δὲ, θύσια κετασκήπτου-  
τιν εἰς π.

λαρματη̄ φαίνη) Attingit historiam Nauplii,  
qui indigne ferens filii Palamedis necem, Vlyſſis  
& Diomedis dolis circumventi, plurimorum ex  
Græcis Principibus uxores in adulterio pellexit  
nec eo contentus, redeunte à Troia victrice clasſe,  
ſevā jactatos tempeſtate, ut in ſcopulos pertrahe-  
ret, in Caphareo promontorio & opheltis rupibus  
ignes accedit: eō naufragi curſum dirigeſtis por-  
tum rati, quicquid ſupererat navium conſtege-  
runt. Val. Flaccus lib. 1.

— & face ſevā  
In tua mox Danaos alturus ſaxa Caphareo  
Nauplius.

Euripedes quoque Helenā  
πολλοὺς δὲ πυρσούους  
φλογεῖεν σέλας ἀμφὶ ſυτάν

εὐβοίαν εἰλ̄ ἀχαιῶν  
μονόκωπον αὐγήν, πέτρας.  
καφηρίας ἐμβαλὼν  
αἰγαῖας τε ειναλίοις ἀκλαῖς  
δόλιον αἴσεα λάμψα.

Vide etiam Q. Calabrum παρεξιπ. 3. Ammianū Marcellium lib. xxii.

γεγονὸν δὲ πέτρηστο περουίνων πέρεξ) Ajax ob Cassandrae stuprum Minervam sibi infensam habens, cum naufragium passus esset, & in Gyradas petras enatasset, se etiam invitatis diis evasisse jactabat, ob quod à Neptuno de Saxo præcipitatus in mari periit. Philolstratus ἡρωῖνος ait eum malè sibi ab Agorae mnōne, qui Cassandrae eripuerat, metuentem, noctu tempestate existente cymbā aufugisse, atque dum ad Tenum & Andrum cursum dirigeret, iuxta Gyradas petras periisse. Vide etiam Hygini Mythologicon.

Τειωρύχῳ οὐδεὶς) Tridente puta, quem Neptuno assignavit antiquitas propter triplicem aquarum naturam, liquidam, fœcundam, & potabilem. vel ut aliis placet, propter tria aquarum genera, marinam fluviatilem, & stagnantem. Vide Fulgentium Mytholog. lib. 1. Elyschi Scholia festi περιπτοῦ. Τειωρας δὲ λέγουσι κερθεῖν τὸν ποσειδῶνα, ή διὰ τὸ τρίτον στοχεῖον εἶναι ἀυτὸν, ή διὰ τὸ εἰς τρία διαιρεῖσθαι τὸ θύρως, εἰς πολύμιον, εἰς διδάστιον, καὶ εἰς λιμναῖον.

λαζεὺς) Mercenarium vocat Neptunum, ob navatam Laomedonti in extruendis Troiæ mænibus operam, quod notum nimis. Cyprianus de Idol. Vanitate. *Laomedonti muros Neptunus instituit*,

stituit, nec mercedem operis infelix structor accepit. αὐτὸς στείλει καταπανεῖ) Sirius stella erat in ore canis, qua oriente Roma quotannis per publicos sacerdotes sacrum Canariū siebat, Iunius Philargyrius Georg. iv. Orientē (Sirio) maximi calores & ex his graves morbi: ideoq; Roma omnibus annis sacram Canarium fit per publicos sacerdotes. Festus. Rurila canes, id est, non procul à rubro colore immolantur, ut ait Ateius Capito, *Canario sacrificio pro frugibus deprecanda scortia canis à sideris canicula*. Siebat id prope portam Catulariam, ut est apud eundem Festum, *Catularia porta*. Porro Sirii apud Poëtas frequens paſsim est mentiō tum pro stellā ipsā, tum pro sole quoque. Hesychius, Σείριον ὁ λαος, ἡ τὸ κυρδὸς ἀσηγ. Vt rōq; modo exponi potest apud Virgilium.

— *tum steriles exurere Sirius agros.*

Apollonii Scholia festi lib. 2. etiam omnes stellas eo nomine nuncupari posse auctor est: Οὐ ποιῶς δὲ (inquit) καὶ πάντα τὰ ἄστρα στείλει λέγοντο, τοιοῦτα τελεσθεῖσαν τὰ διάτα τὸ τρίτον, τὸ δικαΐον, ή διὰ τέχνης εἰσίν, καὶ σημεῖα τῶν πλοϊοῖς μένενται. A Lycophronē hoc loco pro sole ponitur.

Δίσκον μεγίστουν τάρπον) Discus erat βασὺς λίθος ὃν ἐπίπτουν οἱ γυμναζόμενοι, ut aiunt Glossæ Græcorum. Erat vero ex cre. vide Artemid. lib. 1. cap. 49. Σόλος autem ferreus. Vide Scholia festi Homeril Iliad β'. Disci jactus in quinqueratio nimis notus. Lycophron καταχεισκῶς pro lapide usurpavit. Erranda obiter Suidam. Δίσκος, δόσκος malè enim hodie δίσκος legitur.

τρέμειν) Ineptias Scholia festi! Ecquis hic novus O; Tre-

Tremont aut apud quem scriptorem ejus nomen? Meritissimò reprehēdit doctissimus Canterus, cuius explicationi fulcrum firmissimum à Pausania, qui in Atticis audivisse se memorat quendam, ὃς τὰ τάχας τὰ πρὸς αἰγαῖαν ἔφασκεν εἰπιλογή τὴν θάλασσαν, καὶ τὰ ἔστιν τὰ πρὸς τὸ μυῆμα οὐ χαλεπίν ποιεῖται. legē, πρὸς τὸ μυῆμα οὐ χαλεπίν π.

ἡχῶν αἰγαῖας ἀλλες) Ἀγαῖα maris etyma varia variū tradunt. Plutarchus in Theseo, & Hyginus fab. 43. ab Ἄηgeo Thesei patre nomen induitū tradunt. Festus. *Ἄηgeum mare appellatur, quod crebra in eo sint insulae, ut procul aspiciētibus species caprarum videantur, sive quod in eo Ἄηgea Amazonum regina perierit, sive quod in eo Ἄηgenus Thesei pater se præcipitaverit.* Artemidorus, Αἴγει τις οὖτις αἰολίδες ἢν ἀγαῖα οἱ διηθέων ὄκομάζουσιν. ἀφ' οὗ καὶ τὸ πελλαγό την τοιαυτὰν ὄνομασιν τοσούτην φέρουσιν. Alii à fluctuum, quos ἀγαῖος vocat Græci, magnitudinē. Solinus cap. xvii. ab Antandro capræ speciem referente. Alii ab Ἄηgæone qui & Briareus dictus, qui victū à Neptuno se egrè ferens, in mare illud se præcipitavit. Vide Strabonem, & Constantinius ἀπειθεμάτων.

Pag. 30. οἱ τὸ ἐπὶ ξένιν ξένοι) Sive ξένη hostilem sive peregrinam accipias, eodem res recidit. nam Lacedemonii Barbaros vocabant ξένους. Herodotus ινεγγία, οἱ ἔφοροι εἰπων ἐπ' ὅρκῳ καὶ δὺ δοκένει εἶναι ἐν ὁρεσίᾳ σειρόντες δὲ τὸς ξένους. Ξένους γέ ἔχαλνος βαρβάροις. Sic Latini peregrinos & hospites Hostes appellabant. D. Ambrosius Offic. lib. i. cap. 29. Denique etiam adversarios molli veteres appellatione quomamabant, ut peregrinos vocarent. Hostes enim autem

antiquo ritu peregrini dicebantur.

τὸν μὲν γέ Phænicem dicit, quem κατελέφεν νοεῖται, quod Achillis nutritius fuerit, ut ipse narrat apud Homerum Iliad. i, non καὶ quod ait Canterus memoria lapsus.

ὑπὲρ εἰς νῦν τρίχων ἐνθάδε λέχοντες) Cū Amynator Clytiam pellicem uxori Hippodamiae præficeret, Hippodamia ἀγρέ ferēs Phænici filio persuasit ut cum pellice patris rem haberet, qui cū matris rogationi auscultasset in patris odium incurrit, qui eum visu privavit; quem à Chirone posteacepit, quā de caussā ad Peleum profugit, à quo Dolopum regionem & Achillem accepit educandum. Vide Homerum Iliad. i. eiusq; interpretem, & Apollodorum lib. iii.

τὸν ἀνθεμίλλον) Mopsum, cum quo certabat, & a quo vicitus. Contigit hoc certamen in finibus Ioniæ, in Grynæo nemore, si Servio fides habenda, cujus talia verba ad eclogam. vi. *Grynaū nemus est in finibus Ioniis, Apollini consecratum, in quo aliquando Calchas & Mopsus dicuntur de peritiâ divinandi inter se habuisse certamen, & cum de pomorum (Lycophron grossos tradit) cuiusdam arboris numero contenderent, stetit gloria Calchæ, cuius rei dolore Calchas interiit.* Vide Strab. lib. xiii. Seneca Mopsum inferiorem factum vult in Medeâ.

Omnibus verax sibi falsus uni

Concidit Mopsus, caruitq; Thibis

ILLE qui verè cecinit futura.

Ιανοῖς τὸν μεμονένον (πότιμον) usitatum veteribus, maximè Hebreis, καὶ εὐφημούσον morte som-

ni benignore vocabulo appellare. Nonnus in paraphrasi,

„τῶνον ἀναγκαῖον καὶ αὐτεμφέδα Λάζαρος εὗδε.

Callimachus epigrattamēte xxi i. i.

τῇδε Σάων ὁ Δίκαιος Αἰγαῖος τοῖς τῶνον  
κοιμάται. —

& epigrattamēte xxii.

— οὐδὲ ἀποβρίξεις

ἐνθαδεῖ τὸν πάσσους τῶνον δρψλόμενον.

& idyllio tertio Moschis.

ἄμμες δὲ οἱ μεζάλοι καὶ καρπερέις οἱ σόφοι ἄνδρες,  
διστόποτε πρώτα θάνατοις ἀνάκοινοι οὐ χρηστοὶ κοίλα φ-

ένθυμεις εἰς μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νησεῖον τῶνον.  
Orpheus) Argonaut.

εὖδες αγνιάτη γλυκερῷ βεβολημένῳ τῶνον

Et postea.

Τὸνον απὸ γλυκερῷ θανάτῳ μάρτυρις τελευτῆς.  
Sic Aeschylus νεκροίς mortui εὑδόντες dicuntur, &  
infra Lycophro, sepulcrū ἐννασίεσσι vocat. Id in-  
de profectum quia dormientibus mortui similes,  
unde & mortis fratrem somnum nuncuparunt.  
Athenagoras τοὺς ἀναστάτως νεκρῶν. Παρὰ δὲ αἰτίαν  
οἷων πέντε αἰδελόφοντας θάνατόν τοῦ πονούμαζοσιν, οὐχ  
διὰ τοῦτον ἀλλὰ πατέρων φύντας (quod Hesiodus in  
Theogonia) γενεαλογοῦσις, ἀλλὰ τοῦ ὅμοιῶν πα-  
θῶν τοῖς τε θανάσιμοῖς τῶν νομένων, ἐπεκάγεται τοῖς  
πηρείλας καὶ τοῦ μηδενός ἐπανάστατον τῶν παρέντων, οὐ  
γενομένων, μᾶλλον δὲ τοῦ εἴναι καὶ τῆς ιδεᾶς λόγως.

τῶν μεμορμένον πότμον.) Mortis tres gradus, Fa-  
tum, Casus, Genitura. Epicurei hominē fato mori  
dicebant. Stoici casu, Pythagorici genitura. Vide  
Acronē Horatii interpretē. Mortis autē duo gene-

ra, Naturalis, & Violēta. Aristoteles περὶ ἀναπνοῆς.  
Θάνατος δὲ διὸν δὲ μὲν βίαιος, ὁ μὲν κατὰ φύσιν. βίαιος  
μὲν δὲν ἡ ἀρχὴ ἐξαθεντήσαται φύσιν δὲ, ὅταν ἐν αὐτῷ.  
Plato. πρατεῖος. θάνατος δὲ μὲν κατὰ νόσους καὶ τραύματα  
μηνόμενος ἀλεγείνος καὶ βίαιος. δὲ μὲν γῆρας ἵων  
δὲ τέλος, καὶ δὲ φύσις, ἀπονάτητος τῶν θανάτων. De-  
mosthenes in oratione περὶ σεφάνης naturalē mor-  
tem dixit τὸν τῆς εἰμαρμένης καὶ αὐτόματον θάνατον.  
Ita etiam Philostratus de vita Sophist. lib. i. Scopeliano.  
Τοιαυτὶ λέγον, ὃ δεσπότα. Βόλεται σε σὸν οἶον ή-  
δη τεθνάναι. Έδὲ τὸν αὐτόματον καὶ μὲν δὲ πολὺ θάνα-  
τον ηὔδιδε τῷ σῷ γένει, αἷλλα ἀντεργάνη μὲν πλεύσε-  
λιν, μισθίμενος δὲ καὶ τὰς ἔμας χειρες. Violentam  
autē τὸν εἰς ἀναγκαῖας τύχης vocat Sophocles ήλέν-  
τρα. Plinius lib. i. epist. 12. vocat mortem, *qua non*  
*ex naturā, nec fatalis.* Apuleius Miles. i. tumultua-  
rium genus mortis, Arnobius lib. i. Vinculis corpo-  
ris non naturali dissolutione digressus est, sed vi il-  
latā discessit. Qui vero violenta morte occidissent  
(ut hoc obiter dicamus) cū iis haftas efferre mo-  
ris erat. Vide Etymologici auctorem. Harpocra-  
tion. ἐπενέγκειν δόρυ ἐπὶ τῆς ἐφορᾶς, καὶ πεσομέ-  
ρενεν ὅπλῳ μνήματι, Δημοδένης καὶ ἐνεργεύσας μνη-  
θύλι, ταῦλια φοίνιν δὲ τῷ βιαλοῖς θανάσιν, τοῖς δὲ  
ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἀτάσθιλων περὶ περικρίδος καὶ πεφά-  
λα εἰπών, γεράσι ταῦλι. πέντε δὲ ὅπλα Ιάδες. δόρυ κατα-  
πεπιχότα φασί. πεποιημένα. οὐ, παρεκκαταπέμποντε  
καὶ τὸ πάθος ομιλούντα, διὰ τὸ νόμιμον εἶναι τοῖς  
πεφάλιστα, τῶτον τὸν τρόπον μετέχει τὰς φονέas. Un-  
de intelligendus Virgilius Aeneid. xi. in funere  
Pallantis.

— guttisq; brumellat grandibus ora,

*Hastam alii, galeamq; ferunt.* —

Vertebant autem hastas, inde ait. — & versi  
Arcades armis. Servius, *Lugentum more, mucro-*  
*nem hast& non cuspidem contrà terram tenentes.*  
Statius Thebaid. vi.

*Tunc septem numero turmas (centenus ubique  
Surgit eques) versis ducunt insignibus ipsi  
Grajugena reges.* —

Qui vero sibimet manus intulissent, ii sepeliebā-  
tui, siquidē igne cremari nefas. Testis Philostratus  
ἀρωκοῖς. ἔτελαν δὲ ἀυτὸν (άνατα) καταδέμενα τις  
πλοῦ γένεται τὸ σῶμα. ἐξηγορέννεν Κάλχαντος ὡς ὁ οὐρα-  
νος θάνατος, οἱ ἑαυτοὺς ἀποκτείνετες. Apud Sta-  
tium quoque lib. 111. Thebaidos rex Thebanou  
Mæonem qui seipsum occiderat

*Vetat igne rapi, pacemq; sepulcri*

*Impius ignaris nequidquam Manibus arcer.*  
Fatalem autem mortem Apollini & Dianæ im-  
putabant. Strabo lib. xiv. Καὶ ὁ πλιόντες καὶ ἡ σε-  
λήνη δὲ πάθη, καὶ τοὺς ἀντομάτες δανάτες τούτους  
ἀνάπτουσι τοῖς θεοῖς. Sed ad pensum redeo. Hoc  
loco apud Lycophronem τὸν μεμορένον πότιμον  
non debes interpretari τὸν τῆς εἰραζμένης καὶ ἀν-  
τίματος, sed morteni ab oraculo prædictam.

τὸν δὲ ἀντέταπτον ἐγγόνων ἐρεχθίδεως Idome-  
neum intelligit qui à Iove quartus. Nam Iovis  
Minos, ejus Deucalion, ejus Idomeneus. Hic ca-  
pitā Troiā cùm in Cretam rediisset, regno à Leu-  
co ejectus Colophonem venit, ubi transacta vitā,  
in Cercapho monte sepultus est. Vide Didymum  
ad Odyl. μ.

*dnegiv xūvss) Vates hi duo canes appellantur*

eleganter nomine ex Ægyptiorum mysteriis de-  
sumpto, qui vatem designantes canem effingeb-  
ant. Horus lib. i. Γέργυραματέα δὲ πάλιν, η πε-  
φίτις, η ἐνταφιαστὴν, η ἀπλῶν, η ὄσφρον, η πλαφίδην,  
η ἀρχήν, η δικαστὴν βαλόμενον γεράφην, καναζωγεραφοῦ-  
σιν. ιεργυραματέα μὲν, επειδή τος τὸν βαλόμενον ιε-  
ργυραματέα τέλειον γίνεται χεὶς πολλὰ μελετῶν, οὐ-  
λαντεῖν τε συνεχῶς, καὶ ἀπηγειώθει μηδενὶ χαεῖσθαι  
νον, οὐτε οἱ κύνες πεφίτης δέ. ἐπειδή δὲ κύων ἀπνίζει  
παρὰ τὰ ἄλλα τὰν λόγων εἰς τὰν διάν εἰδωλα, κα-  
δίστερ πεφίτης. Ab Esaiā canes appellantur vates  
ad populi peccata conniventes. Apollinis autem  
canes vocat, quia ille μαντικῆς præfus, quod vel  
pueris notum.

ἀγνῶν ἥστω) Mortui à veteribus sacri appellati pag. 33.

sunt, & aestimati. Et Plutarchus in vita Numæ Pó-  
pili mortuos vocat ἕρετος. Plinius ille naturæ my-  
stes, lib. 11. de terrâ loquens. Sequitur terra cui uni-  
rerum natura partiū eximia propter merita cognō-  
men indidimus materna venerationis. Sic hominum  
illa, ut calum Dei, que nos nascentes excipit, natos  
alit, semelq; editos sustinet semper; novissime com-  
plexa gremio: jam à reliqua naturâ abdicatos, tum  
maximè ut mater operiens nullo magis sacramento  
quād quo nos sacros facit, etiam monumenta ac ti-  
tulos gerens, nomēnq; prorrogans nostrum & memo-  
riam extendens contrâ brevitatem evi. Rationem  
hujus rei haurio ex Macrobius Sat. lib. 111. cap.  
vii. Quicquid destinatum est diis, sacrum voca-  
tur. pervenire autem ad deos non potest anima nisi  
libera ab onere corporis fuerit: quod nisi morte fieri  
nō potest. ita erga opportunè sacram Halebum fa-  
cit,

*cit, quia erat appetitus. Ac proinde etiam sacra ipsa sepultra, unde ἀγνῶνια Lycophron hoc loco dicit. Catullus quoque.*

*Laserpiceris jacet Cyrenis.*

*Oraculum Jovis inter astros.*

*Et Batti veteris sacrum sepulcrum.*

Cicero Phil. ix. Sepulcrorum sanctitas in ipso solo est, quod nullā vi moveri neque deleri potest. atque ut cetera extinguuntur, sic sepultra sunt sanctiora vetustate. Quintilian. declamat. x. de sepulcro loqueos: *Sacratos morte lapides, etiam cineres & ossa religiose quiescentia frictā sparsisset urnā.* Feltus non sacra sed religiosa else vult. Religiosum ac sacram est, ut templo omnia, atque ades, qua etiam sacrata dicuntur: at quod per se religiosum est, non unique sacrum est, ut sepultra, quod ea non sacra, sed religiosa sunt. Incipiebat autem illa sepulcrorum sanctitas statim à glebe injectione. Cic. lib. ii. de legibus. *Pruisquam in os injecta gleba est locu ille ubi crematum est corpus, nihil habet religionis, injecta gleba tum & ille humatus est, & sepulcrum vocatur, ac tunc denique multa religiosa jura completitur.*

οἱ σέντες ὃ σφίκσαν) Ita dicta Cyprus ab incolis qui σφίκσες nuncupabantur. Nonnus Dionys. xi. ii. σφίκσαν νῦν dixit per appositionē. Vide Eu-  
stathium ad Dionysii περὶ γην, & Hesychium. Κέργισι vero, sive κέργισι dicta quondam Cyprus ab incolis urbis Amathuntis, quos, quia advenas immolabant, Venus in boves, qui à magnitudine carnū Cerafæ à Salaminis nominantur, transmutavit. Ovidius Metamorph. lib. x.

Atq[ue]

*Atque illos, gemino quondam quibus aspera cornua Frons erat, unde etiam nomen traxere Ceraste. Stephanus aliter. οὐπεις ἐχλεῖτο καὶ κεργίσις αὖτος οὐδὲ ἄλλη ἔχειν. Quem sequuti Ioach. Vadianus & Géma Κέργατα enim etiam promontoria à Græcis nuncupantur.*

οἱ στατεῖς μομφαῖσιν εἰλαστημένοι) Teucer capitulo illo domū reversus, à patre Telamone, quod fratris Aiakis mortem ultus non esset (Lycophron ait persuadere patri non potuisse Aiacem sibi manus intulisse violentas) ejectus est, itaque cum in Cyprus appulisset Salamina condidit. Velleius Paternius lib. i. Teucer non receptus à patre Telamone ob segnitiem non vindicata fratria injuria, Cyprus appulsus, cognominè patria sua Salamina constituit. Vide etiam Nonnum Dionys. xi. i. & Horatium lib. i. Od. 7. Solebant autem Græci filios suos ob delictum aliquod abdicare, atque è conspectu removere, & tum dicebantur filii εἰνωτίσθε. Σύρος, quum autem cum patre in gratiam redirent, ἀναλαμβάνεις εἰς τὸ γένος. Qui mos neque Romanis ignotus fuit. Quā de re vide quæ eruditissimus vir Is. Casaubonus ad Diog. Laertium. Atque hæc erat abdicationis criminis imperfecti, si quidem duæ abdicationum species. Quintilianus lib. vii. cap. iv. Abdicationum formæ sunt duæ; altera criminis perfecti, ut si abdicetur raptor, adulter. Altera imperfecti, velut pendentis, & adhuc inconditione positi: quales sunt in quibus abdicatur filius, qui non pareat patri, &c.

οἱ στατεῖς φονεὺς τῶν λόγων) Vocat Aiacem πάτριον τῶν λόγων quia effictum amaretur à patre. Alias πῶλος vocan-

vocantur pueri effeminati, (qui *Catamiti Latinis*) & meretrices. Hesychius. πῶλοι, ἔταιροι, πόλους γόνοις ἐλεγον, οῖον ἀφεβδῆτος πόλεσ. ή τοὺς νέας γοναῖς νέας καὶ παρέντες. Vide alias Grammaticos. Similis notionis apud Romanos *Pullus*. Festus. *An-tiqui puerum, quem quis amabat, pullum ejus di-cabant.*

(νόθον φίτυμα) Apud veteres spuriū pari cum legitimis in honore habebantur. Docet id præter Eustathium Scholiastes incertus Iliad. viii. his verbis. Ή μεις δέ φαμεν (exponit cur Teucer nothus vocetur) τέτο μὴ έναι πέρις αἰχύλων, διὰ τὸ παρεῖ τοῖς παλαιοῖς ἔνδροις κατέβη. ἐπίμωρός τοὺς νόθους δηλόντος τοῖς γνησίοις. Declarant id etiam Servius verba hæc Aeneid. iii. Consuetudinis regiae fuit, ut legitimam uxorem non habentes, aliquam licet captivam, tamen pro legitimâ haberent, adeò ut liberi ex ipsâ nati succederent. Sciendum verò hunc honorem solis regum & principum virorum spuriis contigisse: nam privatorum hominum neque pari in honore, neque paternarum facultatum ha-redes fuere: sed acceptis mille drachmis contenti esse jubebatur. caque pecunia νόθον dicebatur. Harpoecration. Νοθεῖα, ἡ τοῖς νόθοις εἰς τὸν παλιόν διδομεναῖτο καλεῖται, ἢν μέχει χλίων δραχμῶν. Aristophanes Avibus.

πί σι ἦν ὁ παλιὸν ἐμοὶ διδῷ τὰ χρήματα  
τὰ νόθεῖα ἀποδηνόκων, ὃ νόμοις αὐτὸν ἐν ἐξ.

Sunt autem generationis species quatuor. Homeri interpres Iliad. 4. παλιόποιοι τελεγχῶς λέγοντι, ὃ μὲν γόνιστος, ὃ δὲ νόθος καλεῖται, ὃ δὲ σκυτος, καὶ ἄλλος παρέντες. γόνιστος μὲν οὖν καλεῖται ὃ εἰ-

νομίσθων γάμων. νόθος δὲ ὁ ἐκ παλαιοῦ σκύτος, ὁ τὸν πατέρα ἀγνοῶν παρέντες ὃς, ὁ ἐκ παρέντος εἴποντο γένομεν γενόμενος. Qui γονίοις Græcis, ii Legitimi Romanis dicebantur. Νοθος qui sit docet Beda ad Samuelem lib. iii. cap. 11. *Nescius intimationem, quia spurius est qui patre ignobili, sed nobilis est matre generatus: sicut è contra nobili patre, sed matre procreatus ignobili nothus consuetè vocatur.* Latini exprimere non possunt, ait Quintilianus lib. 3. cap. 6. his verbis. Νοθος, qui non sit legitimus, Graci vocant. Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quādam testatur, non habemus, ideoq; utimur peregrino. Isidorus Orig. lib. ix. *Nothus dicitur qui de patre nobili & matre ignobili gignitur, sicut ex concubinâ. Est autem hoc nomen Græcum & in Latinitate deficit. Qui σκύτος apud Græcos, is Favonius apud Romanos, & Spurius à spurio, quod virginalis scrobis, ut cum Arnobio dicam, vocabulum. παρέντες quomodo Latinè dicantur doceant alii, ego nescio.*

Ἐλύσαν εἰς ποιμνησιν) Sophocles Aiace,

ἐφθαρμένας γόνεστίον εὐξίσκομεν  
λειτας ἀπάσους, καὶ κατίωσισμένας  
ἐκ περπὸς αὐτοῖς ποιμνιών δημάσαται.

& posteā:

τοὺς ζῶντας αὖθις συνδίκους βοῶν,  
ποιμνιας τε πάσας εἰς δόμους κομίζεται,  
αἱς ἀνδρες, ἐχόντος εὐκερων ἀγεαν ἔχον.

Homerus Iliad. l.

Ληίδα δὲ ἐκ πεδίου συνελάσαμεν ἥλιδα πολλὴν.  
πεντίκοντα βοῶν ἀγέλας, τοια πάσα οἵων,  
τέσσα σωῶν συβόστα, λόσιοι πόλια πλάτει αἰγῶν.

Adlu-

Adludit Apuleius Miles. III. Audacter macrone distrito in insani modum Aiacis armatus, non ut ille vivis pecoribus infestus, tot laniavit armenta, sed longe fortius, &c. Qualis hic Aiacis fuerit furor, docet Cornelius Celsus lib. vi. cap. xviii. Quidam imaginibus non mente falluntur; qualem insanientem Aiacem vel Orestem poetarum fabula ferunt.

δὲ χάρων οὐ μητε δορὰ) Homeri Scholia Iliad. ¶. Ισέπει ται ὅπικτε εκεῖνο κυριεῖς έτυχεν ἡρεκλῆς τῇ νήσῳ σαλαμῖνι κατά τινα χρέαν περιστρεψεντας. πελαμῶντις ἀργοτενέσται τὸν παῖδα δίαιτα. δημάσιον ὃν ἡ ἡρεκλῆς καὶ αὐταλαβών τὸν παῖδα πεισέκαλε λεοντῷ, ἐφ' ᾧ οὐκέτι αὐτὸν γενέσθαι τετωτον. ὃ δέ οὐκέτι θεός, καὶ τὸ τῶν Φούρων οὐγένετο ἀτρεβόν. πλινθὸν οὐχέν. Τοιούτοις ἐδόκη τότε κατὰ τίχου τὸ μέρος μὴ πεισελῆδαι τῷ λεοντῷ. Paullò aliter Pindarus Isthmion. Od. vi. Vide etiam Philostratum ἱερῶν, & Apollodori lib. iii. Sciendum verò antiquitus heroas pelli-bus amiciri consuevit. Apollonii Scholia Iliad. i. Σύντονες τοῖς ἱερῶσι τὸ δέρματοφορεῖν. Inde apud Theocritum Διοσκούρεις.

αὐτὰρ οὐτέ τὸν νάτοιο καὶ αὐχένον οὐρεῖτο  
ἀχραν δέρμα λέοντος ἀφιμμένον ἐκ ποδεών.

Virgilus Aeneid. v.

occurred Aeetes

Horridus in jaculis & pelle Libytidos urse.

& iv.

Dat Niso Mnestheus pelle horrentisq; leonis  
Exuvias:

Eâ de causa apud Romanos in pelle lanata novâ nuptiam considere moris erat. Vide Festum.

χαλκῷ τοζπτὸν) Αἴρις usus vetustus admodum, quippe qui diu ante ferrum inventum extiterit. Heliodus lib. i.

χαλκῷ δὲ εἰργάζοντο, μέλας δὲ φυσική σίδηρος. quo loco interpres. χαλκοῖς τὸ παλαιὸν καὶ ὅπλοις, καὶ ξιφοῖς, καὶ πρωτοκοῖς ἐργαλεῖοις ἐχεῶντο, βαφῇ πνὺ πάντα στιμόντες. Apollonii Scholia Iliad. i. Α' πολλάνιοι φοῖσιν ἐν πρώτῳ τῶν ὑπομνημάτων τὸν σίδηρον υπότον ἀρχαῖον χαλκὸν λέγεται, ἀγνοῶν ὅπιο μηδέποτε ἐνυπένθιλον σιδηρόν χαλκῷ ἐχάντο. Augustinus de Civitate Dei lib. vii. cap. xiv. Eam (terram) antiqui colebant are, antequam ferrum inventum esset.

μοσμενεστά τέ ζένων δώρῳ) Ajax apud Sophoclem. δάεσον μὲν ἀνδρὶς ἔχοντο, ζένων ἐμοὶ μάλιστα μισθέντο, ζεχθίσας οὐδέποτε.

Vide Homerum Iliad. ii. Huc pertinet epigramma.

Ἐκλαφαίαντο ξίφος ὁ πασσεν, οὐδεὶς δὲ αἰας  
ζωστής, ἀμοθέστων οὐ χάεις εἰς δάεντο.

vbi malim legere οὐ δαρατο pro οὐ δορικό. Occidit autem leipsum Ajax

χάλκῳ βαρυνθεῖς τῶν ἀχραλείων ὅπλων.

ut ait Sophocles, cui ad stipulantur Homerus & Ovidius. Suidas tamē tradit ortā de Palladio contentionē, Aiacem noctū fuisse imperfectum, Ulyssis, ut putabant, dolo.

ἐν ῥίτησι θηροῦσιν σαθεῖς) Mos veteribus concionem ad populim habentes stare. Homeri Scholia Iliad. ii. Τὸ παλαιὸν καὶ βασιλεὺς οὐ, καὶ ἀλλοιοῖς διποτε τύχοις, ἐμηρυγόρεσθαι διάμενος. Et apud Ovidium Metamorph. lib. xi.

Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Ajax.

Nonnus διορυτακῶν λγ̄.

ἐρδαῖσι δι ἀγόρεσ, ποδίκες ἀνδρας ἐπείγων.  
ἀνδράσιν ὥκιν πόρεσιν δέδηται ταῦτα γενέσθω.

Eodem modo heic Phænodamas.

δόξεπον ὅτρυνε χωνὶ σελαῖ) Δόξπον veteres Gra-  
ci vocabant, quod posteriores δεῖπνον, ut apud Ro-  
manos Vespertina, que postea Cœna nuncupata.  
Ter autem cibum sumebant. Prima ejus sum-  
prio ἀεισον dicebatur, altera δεῖπνον, ultima δε-  
πνον. Didimus ad Odyss. 8. Τεοὶ δὲ τερψάις (οἱ πα-  
λαιοὶ) ἐχεῶντο. καὶ τὸ μὲν πρώτῳ ἔχειλον ἀεισον, ἦ  
ἐλάμβανον πρώτας σχεδὸν ἐπ σκοτίας ὕπος. καὶ αὐτὸ-  
μάδην ἀεισον, ἢ παρὰ τὸ λαμβάνοντας ἀντὸς εἰς τὸ ἀε-  
ισὸν προσέρχεσθαι. ή ἡδὸν τοις φέρεσιν παύτῳ πρώτῳ  
τὸν τερψόν, παρὰ τὸ ἀεισὸν ἀνομασμένον τῆς λέξεως.  
τὸν δευτέρεον δεῖπνον, μεθ' ὁ ἔδι πορεύον. ὁτέρος δέ τινι ἐνερ-  
γεῖν. λαμβάνοντες γάρ παύτῳ ἡδὸν παλίν πε-  
ρὶ τὰ πολεμικὰ ἔργα ἐπέννεν, τὸ δὲ τέτον δόρπον, τὸ  
καθ' ἡμᾶς λεγόμενον δεῖπνον. καὶ δέ τι κατὰ τὸ ἔτυμον  
λαύρεπον. ὅταν εἰς τὸ λαύριν πορεύειν. Athenaeus  
quatuor refert, ἀκράπομα, sive διανισταμὸν, δεῖπ-  
νον, ἐπτέτομα (quæ Merenda Romanis) sive δι-  
λιγὸν, & δόρπον. Sciēdum verò antiquissimos Gra-  
cos cœnare duntaxat consueisse, ut & frugali-  
ores Romani. Iſidorus Origen. lib. xx. cop. 1. Est  
autem cena vespertinus cibus, quam antiqui Ve-  
spernam dicebant, in usu enim non erant prandia.  
ita omnino iste locus legendus: nam quod in ve-  
teribus & nuperrimè editis libris legitur, quam  
antiqui vespertinā dicebant, vitiosum esse, vel puer  
animadvertis. Salvian. lib. 1. Nunquid parcams  
illam tunc, agrestemq; vitam cum gemitu & dolore  
sole-

tolerabunt? cum viles ac rusticos cibos ante ipsos  
quibus exercebantur focos fumerent, eosq; ipsos ca-  
pere nisi ad vesperam nō licerec. Macrobius Satur-  
nal. lib. 1. cap. v. Sed vultisne diem sequentem, quē  
plerique omnes abaco & latrunculis conterunt, nos  
istis sobriis fabulis à primo lucis in cene tempus,  
ipsam quoque cœnam non obrutam poculis, nō laſci-  
vientem ferculis, sed questionibus doctis pudicam,,  
& mutuis ex lecto relationibus exigamus? Nisi ma-  
velis ibi cœnæ vocabulum prisca significatione  
pro prandio accipere.

χερσαῖς ἀντόδαις) Αἰτιδαιτο dicebantur qui Pag. 34  
de suo cenabant. Romanii Sodales appellarunt, te-  
ste Festo, cuius ea verba, Sodales quidam diutios pu-  
tant, quod una fuderent essentq; alii, quod ex suo da-  
pibus vesci soliti sint. & bilego, ederent essentq;, aut  
essent pro eo quod ederent dixit. Et sane in primo-  
re significatione ista usurpavit Apuleius Miles. x.  
Hic est, qui sodalem conviviamq; possidet luſtantem  
afinum, saltantem afinum, voces humanas intelli-  
gentem, sensum nutribus exprimentem. Cœnivorum  
autē apud veteres tria erant genera, ἔργον, γάμος,  
εἰλαπίνη. Eustathius Odyss. a. Ιστον ḥ ὅπι κελὰ τρεῖς  
μάλιστας ἡρόπτες συνέλθοντες ἀν πολλὰ (lego παλαιοὶ)  
ὅπι εὐωχίᾳ. ἥρουν ἐν εἰλαπίνῃ, ἐν γάμῳ, καὶ ἐν ἔργῳ. καὶ  
ὁ μὲν ἔργον κόσμιον, καὶ τὸ πολυτελές, ἀλλὰ καὶ φε-  
δωλῶς ὑδιον ὡς τὰ πολλὰ οἱ ἔργανται, ὡς ἀν ἴδιον ἐδίον-  
τες ἔκαστος. δέ τι ἔργον, ή ἀπὸ κοινῆς συμβολῆς, ἥρουν  
χειτιοῦ, καὶ διπάνης πολλῶν πνῶν εὐωχίᾳ, &c.  
ὁ δὲ γάμος, δῆλον ὅτι διμίλου δέ τι συνέλθοις ὅπι νυμ-  
φίων συναρμογῇ. ή δὲ εἰλαπίνη εὐωχίᾳ δέ τι καὶ ἀντὶ  
πολυτελῆς ἐν ἥ κατα εἴλας, ὡς οἱ παλαιοὶ γεφυρισι,

Ἅδησοῦ εἰλύμενος τοιοῖς ἔπιτον, χείρεσυτῷ μηλαδῇ τῷ  
δειπνοκλήπτῳ Θ. Πορρὸς ἔπιτον, αλιάς vocabatur ἀμό<sup>νησίδης</sup> δεῖπτον. Item καταβόλιον. Ioan. Tzetzes ad  
Hesiодι lib. 11. Καλέμεν καταβόλια, δταν κοινῶς εἰ-  
πόντες δαπάναι συμποσάζωσιν. Huius respondet Ro-  
manorum *Sportula*, quam instituit Nero pu-  
blicarum cænarum loco. Eleganter de illâ Iuve-  
nalis Sat. 111.

*Nonne vides quanto celebretur sportula fumo?*

*Centum convivæ sequitur sua quemque culina.*

*Corbulo vix ferret tot vasea ingentia, tot res*

*Impositas capiti, quas recto vertice portat.*

*Servulus infelix, & cur su ventilat ignem.*

*Εἰλατίῳ Hesiодι lib. 11. πολέξιον δαΐτα vocat,*  
μηδὲ τοιιχίνια δαΐτας διατέμφελος Θ.

*ἐκ κοινῶν πλεῖσιν διχάεις, δαΐταν τὸ λιγίσιν.*

Ea Romanis *Recta cena*, aut ἀπλῶς *Recta* fuit  
appellata, atque à liberalioribus dicitibus saluta-  
toribus data. Martialis lib. viii. ad Domitianum  
Cæarem.

*Promissa est nobis sportula, recta data est.*

Suetonius in Augusto cap. LXXIV. *Convivabatur*  
ε& *affidue*, nec unquam nisi recta, non sine magni  
ordinum hominumq<sub>3</sub> delectu. Has sustulit Nero,  
Domitianus revocavit, teste Tranquillo. Genera-  
le horum omnium nomen erat *σύνδετον*. Latini  
*Convivium*, vocabulo aptiore. Cic. de Senect.  
Bene enim majores nostri accubitionem epularem  
amicorum, quia vita conjunctionem haberet, Con-  
vivium nominarunt melius quam Graci, qui hoc  
idem tum *Computationem*, tum *Concencionem* vo-  
cant. Ita enim emendandum eum locum in Vatis  
meis

meis brevi docebo, si vivo, & valeo. qui in eo erat  
*Concana* dicebantur. Latine *Glosse*. *Concana*, Σύν-  
δετον. Græcæ. Ζύνδεπος, Conviva, Concana.

τῶν τε οὐδὲ μέντος) Arcades vetustissimam se to-  
tius Græciae gentem credi voluerunt, (quare anti-  
quos hos Manilius, Seneca veteres vocat) atq; adeò  
regionem ipsam ante lunam fuile. Ovidius.

*Orta prior lunâ, de se si creditur ipsi,*

*A magno tellus Arcade nomen habet.*

Statius Papinius.

*Arcades — astris lunâq; priores.*

Rei ejus hanc tradunt caullam nonnulli, quod  
prius annum habuerint, quam is in Græciâ ad lu-  
nae cursum constitueretur. Lucianus in Coimmēt.  
de Astrologiâ, & Scholia stes Apollonii lib. 4. di-  
cunt primum deprehensum lunæ cursum in Ar-  
Sine auro tum ornatam, ita uti que ornatur sibi.  
Nulla malâ re esse expolitam muliebri.  
Capillus passu, prolixus, circum caput  
Rejectus negligenter.*

Ecce hic aperte coma muliebris in luctu prorsifia, non tonsa. Decidite mihi hanc litem vos ludices. Interim tamen sciendum etiam apud alios hunc morem fuisse. Nam Persa (inquit Curielius lib. x.) commissso more detonsis in veste lugubri coniugibus ac liberis, non ut victorem & modo hostem, sed ut gentis sue justissimum regem lugebant. Quin & Barbaros ferunt (verba sunt hæc in Calig. e. 5. de morte Germanici loquentis) quibus intestinū, quibusque adversus nos bellum esset, velut in domestico communique morore consenserit ad indicias. Regulos quoſdam barbam posuisse, & uxores capitaraſſe ad indicium maximū luctus. Erheo à Tiarda meo.

τὸς περὶ ἀδεθλον ξυνίδος φύκοτας) Legō cū do. Etissimo Cantero Evidens. Expulsi autem sunt Iones ab Aeneæ sociis ex Asia venientibus: inde faciem p̄fætro Tertulliano lib. de Pallo dicet, Iones Nîlei comites Asiam novis urbis instruxerunt. Nam ex hac historiâ capiendus ille locus.

γλωττας δὲ ἀγαλμα) Iones cum Ilium cepissent, suplicees à Minervæ simulacro avellebant, nullâ religionis habitâ ratione, quod cū fieret, ipsum simulacrum illud facinoris atrocitate cōmotum oculos cludebat. Hoc narrathis octo novē ver-  
pag. 66.

sibus Lycophrō, & Strabo lib. vi. Tūs ḥ τῶν Τρώων κλοικίας τεκμήσιον ποιῶνται τὸ τῆς Αθηναῖς τῆς Ἑλιάδος ξένου ιδρύμενον αὐτόδι, ὅπερ καταμύσας μιθεύσαν ἀποστραμένων τῷκ ἵκετῶν ὑπὸ Γόκων τῶν ἐλέγητον τὰς πάλιν.

(ιδηκούρφω) οἰδηκόμοσφον vocat Thersiten: ob faciei deformitatē. Artemidorus lib. i. i. cap. xi. i. περὶ θεῶν αὐτοῦ πανθέργον ἡ γένητα σημαίνει. qualem etiā Thersiten fuisse velut simile fit. Apomastar quoque ἀποτελεσμάτων cap. cxxxv. simiam interpretatur τὸν πανθέργον.

κλείτης ἀνασταντῆς ἐπανύμια πάτερς) Ausim ne κλείτης? Hæret mihi aqua. Etymologici auctor Klæitη, μία τῶν Α' μαζόνων, ἦπις ἐλθεῖσι εἰς ιταλίαν φύκιον καὶ πόλιν ἔκτισεν, λεὶς αὐτῆς Κλείτης ὀνόμασεν (malim ἢν αὐτῆς Κλείτης ὄνομασεν) καὶ εἴσασθαι τὸ τόπον καὶ αἱ αἱτεῖς δευχμεναι τὴν βασιλείαν, Κείται ὀνομάσιον. Nisi forte Etymologicū mendosum. Scio Klæitη Cyzici uxorem, de qua est apud Parthenium Eropic. xxvii. i. & Argonauti, cōn sciptores, verum ca ab hac alia.

(οἰδηκός λίνοις) Elſe πόδας funes nauticos nemo est qui ignorat, arbitror; Servius Aen. v. pag. 488. ibi, Una omnes ferere pedem.) Podiam (lego Pedem) id est, finem, quo tenditur velum, quod Graeci πόδα vocant ut est apud Pindarum, & Aristophanem. quē locam acceptum fero Tiardē meo: ut hunc Seneca. ii. de Benef. c. xxxiii. Scrivorio. Ingens est rerum copia sine nomine, quas non prou prius appellationibus notamus, sed aliunde commoda tis. Qui PEDEM & nostrum, & lehti, & veli, & carminis dicimus. Homerus Odyss. x.

— αἵ τοι πόδανης ενάμων.

Sophocles ἀπόρην

αὗταις ἡ ναος ὅσις ἐρχεστής πόδα

τείνας οὐτείκεις μηδεῖ, οὐπίσις κέτω

εργάτης τολοπὸν σελμασιν ναυτίλεται;

Telstes infiniti, Aristophanes, Euripides. Apollo- nius, & alii ejus clavis.

λυτράν οὐ φοντα βίον) ὁ φονται, id est, vivent: sic sa- pè βλέψεν apud poetas. Sophocles.

— καὶ βλέποντα μὴ πόδαν.

Σανύτ' ἂν οιμάξειν εν χειρί δόρος,

& aliis locis multis. Homerus Iliad.

Οὐτος ἐμεὺ ζωντός καὶ ἐπι χθονὶ δεσμοπέτοις, ita accipere illud. Theocriti Idyllio xiii.

— τὸ δὲ αὐτὸν εὐ εσφράγει,

quid vetat? Infrā quoque Lycophron.

γαλιβαὸν ἡμαρτεῖσθαι, εὐ ζων δεσμοι.

Virgilius eodem modo cassum lumine pro mor- tuo dixit:

— nunc cassum lumine lugens.

Ennius Annal. lib. i. i. i.

Postquam lumina sis oculis banius Ancor re- liquit.

Sixus τάρραθος τελοφοια) Telphusia Erinnys di-

citur, Tiliphonem intellige, quaε eades vindicare

putabatur. Futiis vero ut infernalibus deabus no-

reum vindictam tribuebat antīquitas. Alcibi-

lus εὐ μενιστ de illis loquens.

πάγα τοι αὖται τα καὶ αὐθράστες

επεργησιπέπειν.

Timaeus Locrus lib.

περὶ ψυχᾶς κόσμον καὶ φύσιον,

οἱ δὲ τις σκλαβός, καὶ απειδής, τέπειστέδη κόλασις,

T 5

εἴτε ἐκ τῶν νόμων καὶ εἰκῆν αἰχμῶν σύνοντα ἐπάργοισθαι μάτι τε ἐπωράντια γένος αὐτοῖς, ὅπερ κολάστης καὶ παραίτης αἰρόκεντραι δυσδαιμοσις νερτέρεις.

μέγαν πλεῖστα μὲν πεφρόντων) Is erat veterū mos.

Euripidis Scholiastes iπποντῷ ΕΘΕΙ πλοΐοις εφ' αἰματοφεύγοντεis αυτὸν ποιεῖν ἐκτὸς τῆς πατρίδος. Ila-  
acius Tzetzes, ΜΟΥΘΗΝ (lego νόμῳ) ή ἔργασμαν φόνον φεύγει θλον ἐνιαυτὸν μὲν θάνοντα τῆς πατρίδος. Atque illud exiliis genus ἀπειλαπομός dicebatur. Hesychius, Απειλαπομός, οὐ εἰς ἐνιαυτὸν φυγὴν τοῖς φόνον δρασσοι. Suidas, Απειλαπίσσα, emendo ἀπε-  
ιλαπίσσα) ἐνιαυτῷ φυγεῖν τὴν πατρίδα δῆτα ποιεῖσθαι μαστι. Iul. Pollux lib. 1. cap. v. 1. Απειλαπίσσα δὲ τὸ φυγεῖν εἶτο. Plato in libris de Legibus, & homicidia & eorum pœnas distinguit. Insontē enim innoxiumque haberi jubet qui propriū servum occidit, eum verò qui alienum, tanti multandū censet quanti servus ille venierit. At eum qui ingenuum iratus occidit, biennium exultare vult, qui per insidias, trienium. Eum porrò qui dum exulat homicidium commitit perpetuo exilio damnat. Eandē pœnam etiam prescribit patribus qui filios, filiis qui patres, & viris qui cōjuges, & uxoris quæ viriōs occidissent. Vide Platonem, & Theodoreum lib. ix.

θεοῖς δὲ αὐλαῖσι) Meminit huius rei Strabo lib. vi. cuius ei verba: Δέκιναι δὲ τοῖς Δαυνίαις, περὶ λα-  
φον φονομα Διον, ἥρα. τὸ μὲν κακήστον εἰς ἄκρα τὴν κορυφὴν ἐναγίζεται δὲ αὖτον μέλανα κρίδον οἱ παντενεργοὶ, εὐκομμανοὶ εὐφέρμιοι. Nisi quod dicar arietem immolate solitos cum Lycophrone. Virgi-  
lius Aeneid. VIT. sub finem,

Hinc Italæ gentes, omnisq; Oenotria tellus  
In dubiis responſa petunt, hic dona sacerdos  
Cum tulit, & cesarum ovium sub nocte silenti.  
Pellibus incubuit stratis, somnoq; petivit.

Ecce nō ibi solum, sed & in aliis locis, apud alias gentes. Cicero de Divinitat. lib. i. Atque etiam qui praeerant Lacedemoniis, non contenti vigilantibus curis, in Pasithæe fano quod est in agro propter urbem, somnandi causa excubabant, quia vera quietis oracula ducebant. Subdit verò νόσοις δὲ αἰχνέσι δυνιόσι καὶ θηρίοις. Sciendum ollim ægrotos medicina discendæ causa in templis Deorum, maximè Esculapii, somnum captasse. Diogenes lib. iv. in Cratete. Οὔτε νοσίους eis τὸ Ασκληπιον ἀπεχόντε, κακεῖ πειστατε. Petronius. Ipsa quidem illâ nocte vexata ram périculoso in horru frigore, ut tertiana etiam imperium timerem. & ideo medicinam somno perū, jussaq; sum vīos perquirere, atque impetū morbi monstrata subtilitate lenire. De qua vide eruditissimum amicissimumque Wouwerum.

(δύοις καὶ ποίμναις παρδμενῇ μολεῖν) Strabo de so- pag. 70.  
lis pecoribus narrat. Tὸ δὲ ποδαλεῖον κάτω πρὸς τὴν πίζην, διέχον τῆς θαλάττης δύον παδίνες εἰς τὴν εὐθεῖαν ποτάμιον πράντας πρὸς τὰς τῶν θρημάτων νόσους, Fuere verò hæc heroi (ut videmus ex Strabone). Calchantis quidem in cacumine collis, Podalirii verò ad radices ejus. Observa hic obiter veterum consuetudinē, qui nobiles & potentiores in montibus, aut ad eorum radices sepeliebant. Lyco- phron supra pag. 30.

τεταρτος δὲ ταρχύσαντι κερκάρῳ γάπαι.

Lucanus, lib. viii.

*Et regum cineres extracto monte quiescant,  
Cum Prolomaorum patres seriemq; pudendam  
Pyramides claudant.*

Virgilius Aeneid. lib. xi.

*fuit ingens monte sub alto*

*Regis Dercenni terreno ex agere bustum  
Antiqui Laurentis, opacâq; ilice tectum.*

Servius. *Apud majores nobiles aut sub mortibus aut in montibus sepeliebantur. Quæ verbo p̄enè tenus transcripsit Ilidor. Orig. lib. xv. cap. xi. Videmus idē apud S. Aureliū lib. de Origene gentis Romane ubi de Aventini regis sepulcro. Post illū regnavit Aventinus Silvius. Ifig; finitimus, bellum inferentibus in dimicando circumventus ab hostibus prostratus est: ac sepultus circa radices montis cui ex se nomen dedit.*

*χρυσοὶ κοῖοις ἐν μύχοις διασφάγγοις. Elegans sepulcri τελεόδοτος. Potest tamen ad veterum sepulcra referri, qui mortuos in cavernis sepeliebant. Etymologica auctor. Τὸ ταλαιὸν ἐν τοῖς κοιλαῖσι τῆς γῆς εὐαλόν, μήτε οὐδέπω μήτε χαλκῷ κεχειριστόν.*

Theognis.

*— δταν ιδνοφεροῖς ἵπποι κενθίσαιοι γάινε.*

*Βῆς πολυκακύτως εἰς αἴδεο δόμας.*

Idem mos antiquissimis Romanis, qui ea loca Puniculus dixerunt.

*κεραῖα τεχαλῶ) Solebant tumulos lapidibus sternere. Hieronymus in epistolâ quâdam ad Innocentium. Linteō cadaver obvolvunt, & fôssam tumulum lapidibus construentes ex more tumulum parant.*

parant. Petronius hoc *Lapidare* dixit. Virgiliius *Mōte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus.* Et de eodem Focas Grammaticus.

(τὸ κράσοβράτος ταῦδες ἀτρίσεις κατεψεῖ) Tydeum putat Diomedis patrem, quem cerebrivorum vocat, quod cum in bello contrâ Thebanos è vulnere quod à Melanippo Astacti F. accepit, moribundus jaceret, eique caput Melanippi occisi ab Amphiarao vate afferretur, cerebrum evulsum exsorbuerit. Vide Homeri Scholia Iliad. l. & Apollodorus lib. 3. Intrepidum autem vocat, quod cum legatus Thebis rediret Argos, eique Eteocles collocajis quinquaginta lectissimis iuvenibus in itinere insidias struxisset, intrepidò omnes animo aggressus sit, & in fugam verterit. Additur à quibusdam ad unū omnes occisos. Aprum verò appellat quod pellem apri Calidonii gestate solitus sit, quo pacto etiam Deiphilen Adrasti filiam uxorem accepit, nam ille oraculo monitus erat, ut filias suas leoni & apro in matrimonio daret: & leonis pelle amictus Polynices alteram Argiā accepit. Vide Euripedis Scholiasten Phœnissis, Homeri loco citato, & Auctorem proverbiorum. Apollodorus clypeo insculptū aprum fuisse narrat libro citato. Hac de re capiendus Statius Thebaid. lib. 1:

*Cui Phœbus generos (monstrum exitibile dictu!*

*Mox adaperta fides) aeo ducente canebat*

*Setigerumq; suem, & fulvum adventare leonem.*

Et quæ ibi multa sequuntur.

*κύλασιος σέλας) Intellige τὰ χαεισκεῖα. Sciendum est veteres duplii de causa sacrificasse, vel quia votum,*

votum, vel quia ab oraculo mandatum. Hæc sacrificia ἀπὸ τῆς μαντείας dicebantur, illa εὐκταῖα & χαρισμένα Sophocles Trachiniis.

Δη. Εὐκταῖα φανῶν ή πὸ μαντείας πνὸς;

Δι. Εὐκταῖ, ὅθ' ἥρθ' τῶν δὲ αἰάσεων θρή-

χάρεσν γυναικῶν ἐν ἑξεσ ἐν ὄμμασι.

Ovidius Metamorph. lib. ix. τὰ εὐκταῖα sive χαρι-

σμένα sacra vota appellat.

Victor ab Oechaliam Cenæ sacra parabat

Vota Jovi. Plautus Amphitruone.

Ego rem divinam intus faciam, vota que sunt.

Statius Thebaid. iv.

— cum te mibi sospite templa

Votivis implenda choris. —

πλούθες διαφεύγειν (εἰν) Palamedem intelligit, quem πλούθον vocat, ut Homerius, Hesiodus, aliiq; omnes heroas ὅτες ἔργον. Orpheus in Argonauticis ὅρθω-

xas similiter nuncupat Amphionem & Asterium.

Καὶ μὴν καὶ διατοῦ ἐργατικες ἀμύμονες πνοε-

Α μούτων κλιθόημος, ιδίᾳ ἀσέργος μενεχάρυμ. The-

ocritus Idill. vi. εἴρην, ubi caprariam laudat.

πᾶν ἐπ' ἀλαθεία πετλασμένον ἐκ Διὸς ἔργον.

Nisi fortè in avelis πλούθοι dici ob procéritatem.

Veteres enim homines proceros virgultis valde ex crescentibus comparabat. Philostratus ἡρώικος de Achille. ὑπερφυῖς ἢ τὸ σῶμα ἐφαίνετο, αὐτοῦ δεῖς τε

ἡρῶον εἰ τὰ περιστατικά δένεται. Heliodorus Α-

ethiopic. lib. ii. τάχιστα δὲ εἰς ἀκριβῶν κατάστασες ἔργοις

πι τῶν εὐδατῶν ἀνέρεψεν. In cuius loci explicatio-

ne lapsus, ut & aliquoties in eo opere interpres.

Palamedem verò Ulyssis dolo circumventum oc-

ciderunt Græci. Notum id ex Dicty. Homero, Phi-

lostra-

Istrostrato, Polyæno, Virgilio, & Hygino.

ὄν νεοσκαφὲς κρύψεις τοῦ ἐν κλίσεισι μικρόν μυντίσιον (εἰν) Optimè illustrant hunc locum illa Philostrati verba ἡρώικοις. Ἑδαπτε. οὐδὲ ἀντὸν (ταλαιπών) ἀχλαῖος τε καὶ ἄσις, εἰς τῶν ὄμηρον τὴν Τερψία τῶν Αἰο-  
λέων ἡπέρουν. Οὐδὲ οὐ καὶ ιερὸν (Lycophron νεοσκαφὲς στέγη appellat) αὐτῷ πιέσθωσθορίῳ μάλα αεργάτιον, καὶ οἰγαλμα ταλαιπώντος ἴδηται γυναιῶν τε καὶ ἔνοπλον (malim ἔνοπλον) καὶ θύντονται αὐτῷ ἐνικάτετες οἱ τὰς ἀκ-  
ταῖς οἰκοῦντες πόλεις. μαστέντιν τε λεγούσην κατά μή-  
δυμάν τε καὶ λεπτέτιμον. Οὐδὲ οὐ τοτε ἐψηλὸς οὐ περ-  
πάνει (τῆς λέσβου).

οὐ μὲν γοῦ ἀμφὶ κύτλα) Hoc temporis Græci bal-  
neis nondum utcebantur, sed lavacris, que ἀστινί-  
θους vocabant. Testis Homerius Odys. 5.

ἀντὶς ἐπεὶ πρὶν ικνοῦ δόμους ἐν γαστρόντας,

χλιδίνας μὲν κατέδεντο κατὰ κλισμοῖς τε Σερ-  
ρους τε,

εἰς δὲ ἀστινίθους βάντες ἐνέζεσας λέσσων.

Postea inventa balnea. Artemidorus lib. i. cap. 66.

οἱ μὲν πάνται παλαιοὶ τὸ λευκόν κακὸν ἐνόμιζον. Βαλα-  
νεῖα γοῦ ἐκ Ηδεων, ἐπεὶ εἰ ταῖς λεγούμεναις ἀστινίθοις  
ἐλύσιο. Quales verò Græcorum ἀστινίθοι, tales  
erant Romanorum Lavatrinae. Varro de L. L. lib.

viii. Eadem ratione domi sua quisque ubi lavatur  
balneum dixerit: & quod non erant dno, balnea di-  
cere non consueverunt, cum hoc antiqui non bal-  
neum, sed Lavatrinam appellare consuevissent.

Nonius Marcellus: Larina genere feminino, & est  
lavatrina quod nunc balneum dicitur. Lego, &  
lavatrina est q. n. b. d. Accedebant autem bal-

nea aut à bello reversi, aut magno labore trans-

acto.

acto. Artemid. loco citato, πάλαι μὲν ἦτορεὶς οὐ πονεῖ τὰ βαλανέα, ἐπεὶ μὴ συνεχῶς ἐλόντο οἱ ἄνθρωποι, μηδὲ ἔχον τοσαῦτα βαλανέα, ἀλλὰ ἡ πόλεμος κατὰ σφέταιμενοι, οὐ μεζάλις πανσάμενοι πόνον ἐλόντο. Agamemnon autem à bello Troiano reversus in balneo à Clytemnestra est peremptus. Testes præter Lycophronem Aeschylus & Seneca. Agamemnone. Homerus Odyss. l. in mēsa canit necatum, in quam sententiam & Dion abit in orat. περὶ ἀπίσιας, cuius ea verba. Οὐ δέ αἰ, οὐ θος τὸν ἀχαρέμνονα μετηνίσθι, οὐδὲ κατέκλιψε βούν ὅππι φάτην, ωὐ μηδὲ τὸν τρώων ὑδὲν ἐπαθεῖ εὐ δέκα ἔτεσιν οὐς ἐπολέμης, καὶ οὐδεπότε ἀυτοῖς συνέσθη ἐγένετο, εἰς δὲ τὸ οἰκεῖον ἐλθὼν διὰ τοσούτης χρονίας. Σύντος τοῦς θεοῖς, τὸν δὲ ἐαυτὸν τεχνίτεαν παραδέμενον, μαδὲ τοῦς ιδίας γυναικὸς θτῶς ὠμᾶς ἀντρέπην. Homerum & Dionem sequuntur Elianus ποι. ισρ. lib. 2. & Hyginus fab. 117. & Juvenalis Sat. viii.

— ille Deis auctoribus ultor

Patris erat cæsi media inter pocula.

τὰς δυσεξόδης Κίλων κελεύθες) Euripidis Scholastes extrema Hecuba. Φοβυμένην ή Κλυταιμήνας αὐτὸν (ἀχαρέμνονα) μὴ τὸν πεῖς αἴγιδον μοιχείαν αὐτῆς καταιμάσθων ἀντίν μετ' αἴγιδις πρωρίστη τοιόν δε βιβλεῖς. Ιμάπον κατεσκένασσε μὴ ἔχον διεξόδης μῆτε κεφαλῆς μῆτε χειρῶν. εὐ δὲ πειβαλέσσα ἀνὴρ λελυμένον ἀπέκλινε. Philostratus senior εἰκόνων lib. 2. Η' Κλυταιμήνας δὲ πέπλῳ τέχην πόνος ἀποίειν τὸν ἀγαρέμνονα πειραχθόν, πέλεκυν εἰς ἀνὴρ ἥπερ ἀμφίκτην θετον. Vocat autem βέρχουν ἀνησυχίην vel propter rotunditatem, ita antea αμφιτογνωμὴν βέρχων paludem, vel quia in eâ veste tanquam laqueo stragulatus fuit. αὐτῷ

ἀμφιελιπτον verò, ut infra.

τὴν πεφασμένην κέλωρ  
Ἐν ἀμφιβλήσθοις ἔλλοτε· μινδέδικλω.

Describit autem πειρεγετικῶς Lycophrō τιλλεξιαμίδα, qua induenda dum occupatus Agamemnō, à Clytemnestra uxore interficitur. Erant verò ἔξωμίδες duo genera. Hæc manicas non habebat, sed tantum unicum foramen per quod collum exerebant, atque ea propriæ ἔξωμις: Talis in qua occisus Agamemnon alteras manicas habebat, & dicebatur μαχάλιθος. Ejus rursus duo genera: illa duas habebat manicas, dicebaturque ἀμφιμάχαλος, & erat ingenuorū. altera unicam duntaxat, dicebaturque ἐπειρμάχαλος, & erat servorū. Etymologici auctor: Αμφιμάχαλος δύο χειρίδας ἔχων, οὐδὲ τῶν ἐλευθέρων. οὐ δὲ τῶν οἰκεῖων μίαν ἔχει, ωὐ διὰ τύτο ἐπειρμάχαλος ἐκελεῖτο. Hesychius, Αμφιμάχαλος, χειρὶδαῖς ἐλευθέρων, ωὐ πλάτων, δύο χειρίδας ἔχων δύο μαχάλαις ἐπ τῷ νῦν λέγουσιν. Et postea. ἐπειρμάχαλος, χειρὶδαῖς δύο μαχάλαις ἔργα παπούδες, μπὸ τῷ οὐ ἐπέ-εν μαχάλαις ἔχειν ἐργαμένην. Pollux lib. vi i. cap. xiii. Κίλων δέ, δὲ μὲν ἀμφιμάχαλος, ἐλευθέρων χηρα. δὲ ἐπειρμάχαλος οἰλελάν. Romani quoque usi eiusmodi tunicis brevibus & substrictis, circā humeros desinentibus. Agellius lib. vi i. cap. xii. Viri autem Romani primo quidem sine tunicis togā solā amicti fuerunt, postea substrictas & breves tunicas citra humerum desinentes habebant, quod genus Græci dicunt ἔξωμίδες. Dedecus verò habebatur manicata tunica gestare. Augustinus de Doct. Christ. lib. iii. cap. xii. Talares ac manicatas tunicas habere apud Romanos veteres flagitium erat,

nunc autem honesto loco natis, cum tunicati sunt, non eas habere flagitium est. Agellius ut suprà. Tunicis uti virum, plisis ultra brachia & usq; in primores manus ac propè in digitos, Romæ atq; omni in Latio indecorum fuit. Et apud Virg. 9 Aeneid. Romulus Numanus, Troianis hostibus ignaviam, &c, ut ita dicam, effemi nationem obiiciens ait.

*Vobis picta croco & fulgenti murice vestis,  
Et tunica manicas, & habent redimicula mitre.*

Quem locum in id trahit Agellius d. loco. dicitque. *Q. Ennium Karthaginensem tunicatam juventutem non videri sine probro dixisse.* Et *P. Africani* Pauli F. virum omnibus bonis artibus, atque omni virtute præditum, *P. Gallo* homini delicato, inter pleraq; alia, quæ objectabat, id quoque probro dedisse, quod tunicis uteatur manus totas operientibus. Cicero quoque Catil. 2. probro Catilinæ objecit, quod manicatus esset, his verbis: *Postremū autem genus est non solum numero, verum etiam generere ipso atque vita, quod proprium est Catilina, de eius delectu, imò vero de complexu eius & fini, quod pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut benè barbatos videtis, manicatis & talaribus ac tritis tunicis, velis amictos non togis.* Quod etiam vituperat Varro testimonio Servii p. 743, locum Virgili super-dictum enarrantis) dicens. *Manicatis & talaribus tunicis.* Nam colobis utebantur antiqui. (Quæ indicavit Tiarda.) Hinc ait Seneca epist. xxxiiii. *Apud me vero Epicurus est & fortis, licet manicatus sit.* de vita beatâ cap. xiii. *Hoc tale est quale vir fortis stolâ indutus.* Servus Pseudolus in Comædia sui nominis.

manu-

— manuleatam tunicam habere hominem  
addebet?

Suetonius cum Caligulâ dixisset vestitu usum non civili, ac ne virili quidem, subjungit. *Sepe depietas gemmatae que indutus penulas, manuleatus & armillatus in publicum processit.* Et hoc quidé ut dixi apud Romanos obtinebat. Nam apud Parthos qui principem locum habent, anaxyrídē triplam induunt, & manicatam tunicam: plebs verò erat in tunicis sine manicis, ut auctor est Strabo lib. 15. Et apud Atheniensis tunica utrinque manicata liberorum erat: unicam autem manicam habens servorum, ut scribit Pollux Onomasticón libro 7.c. 13. Idem Tiarda.

κρωτωπός γέραφας) Νά ἦ ἔξομις ἀνεβάλλετο δατέγεις ὑποσείλομένης, ὡς κάτωθεν πέρι τὸς πόδας ὡς τῷ ἄμφῳ ἐπαναλιστόν, ut ait Etymologici auctor.

Σερμὴν δ' ὑπαὶ λεγάνων ἀρνεύων σέγλω) Intellige τὸ πειστήσεον sive ὑπόκαυσον, quod Sudatorium Senecæ in epistolis. Intrabant autem illud à laboribus vacates & otiosi, qualis Agamemnon à bello Troiano reversus, aut à morbo se recolligentes. Artemid. ἢ ράναλαρβάνοτες ἢ ἀπεργάτες εἰς θερμὰ πορεύονται. Τιβλῶν verò, sive Τιβλῶν vas in balneo, de quo vide Hesychium.

μυτεῖς σκεπτάρνα) Citatur hic versus etiā à Iulio Pollice. De cæde verò Agamemnonis sic infra.

— τὸ πεφασμέννυ κέλωρ  
ἐν ἀμφιβλήστροις ἔλλοτε μυιδεῖςκην.

Sophocles οὐλέτρα.

ὅτι τὸν δύσινον ἐμόνθρινο

πατέρ, δὲ κατὰ μὲν βάθαρον αἴσιον

φοίνιος ἀρεστὸν εἶπεν οὐκ εἶπενίστε.  
μήπης δ' οὐ μὴ χάρι καινολεχῆς,  
αἴγαδος δὲ στόμα δρῦν ὑλιθόμοιο,  
αγχίζουσι καὶ τοι φοίνιφ πελέκη.

Homerus Odys. l.

— αἱ τις τε κατέκτανε βῖν ἐπὶ φάτνη.

(ἔγω δὲ φρόνις ἀγαθοῦ.) Philostratus loco citato.  
Τὸν τε τὸν περιάριν θυγάτερα καλέσιν νομιμεῖσαν τῷ Αἴγαδον οὐκέτινον, χειρούς τε ἀπιειμέννας φέδοναν ἀποκτείνεις  
θερμῷ πελέκῃ.

χαλυβίδικῷ κνάδοντι) De Chalybico ferro multi. Arrianus. χάλυβες περῶτοι ἀνθεώπων αἰτιαν ἔχον χαλκεύσαծ τὸν σίδηρον. Ammianus lib. xxii. His regionibus Dabæ cōfines sunt acerrimi omnium bellatores, & Chalybes per quos eruditum & dominatum est primitus ferrum. Aristoteles lib. περὶ Σιριμ. ἀκνηροῦ. Λέγεται δὲ ίδιοτάτην τῇ γενετον σιδήρῳ τῇ Χαλυβίκῃ καὶ τῷ Μυσικῇ. συμφιέται γὰρ, ὡσγε λέγουσιν, ἐπὶ τούτης ἀμφορεῖς καταφερεμένης ἐκ τῶν ποταμῶν. πάτην δὲ οἱ μὲν ἀστλῶς φασὶ πλινθαντες καρμινεῖν. οἱ δὲ τὴν ὑπόσασιν τὸν θυμόμενην ἐκ τῆς φύσεως πολλάκις παλινθεῖσαν συγκρίνειν. Stephanus. χάλυβες περὶ τὸν πόνιον ἔθνος ὃ πάτη τῷ ποταμῷ θερμῷ δοντι, περὶ δὲ τὸν ένδιξθεὸν πράτῳ. εἰ δὲ τῆς χαλκεᾶς (lego χαλύβησ) χαρεῖς ὁ σίδηρος ὁ περὶ τὸν πομάδια ἐπανθεμένος ἔξαγε. Deimarchus in Poliorceticis. Τῶν μέντος σομαμάτων τὸ μὲν χαλυβίδιον, τὸ δὲ Σινωπικὸν, τὸ δὲ Λύδιον, τὸ δὲ Λακωνικὸν, καὶ ὅπις Σινωπικὸν καὶ χαλυβίδιον εἰς τὰ τεκτονικά. τὸ δὲ Λακωνικὸν εἰς πίνας ὑπομεγετύπανα, καὶ χαρακτῆρες, καὶ τὰ λιθορυγίκα. τὸ δὲ Λύδιον καὶ ἀντὸν εἰς πίνας, καὶ μαχαιρεῖς, καὶ ξυσία, καὶ ξυσῆρες. Vide Stephanum. Euſtarhius ἄλλοι Χαλ. βίσ

Χαλβίτες ἐπάλεσον (έθνος ὃ εἰσὶ ποντικὸν παρὰ τῷ θερμῷ δοντι) ὃς ἂν σίδηρος, φασίν, ἔξαγεται διπλὸς τὰ σόματα ἐπανέμενος, ἥτοι πρὸς τὰ ισομάτα. ὅτεν καὶ χαλυβίδιος κνάδην, καὶ πλεονασμῷ τοῦ δι, χαλυβίδιος παρὰ τῷ λικόφρονι, ὃ εὖ ἀρίστη σιδήρε. Vide etiam Hesychiū. Inde σιδηροτέκτονες χάλυβες apud Aeschylum Prometheus.

(ζεὺς παράπαταις αἰμύλοις κλιθήσει) Iovis Agamemnonis apud Spartanos templum nobilissimum. Sciendum verò veteres Græcos reges omnes Διάς appellare consuevisse, ut docet præter Scholia sten Ioannes Tzetzes in Varia Historia. Quin etiam hoc sciendum reges sibi deorum nomina adscivisse. Sic Alexander Magnus Ammonidi voluit: alii aliorum Deorum nominibus. Servius Eneid vii. Antiqui reges nomina fibi plerunque vendicabant deorum: hinc est quod apud Cretam esse dicitur Iovis sepulcrum. Gabalus etiam imperator Romanus Solem se dici voluit, nam Helio-gabalus dictus est.

τὸς ἐκτορείας ἡγαλαῖσμέννας κύριοις). De Hectorea tonsura ita Pollux, ἐκαλεῖτο δέ τις κυράκη ἐκτορεῖθεν κύριον, περὶ ήδη φασιν Αὐταξίλαθο.

πλὴν ἐκτορείαν τὴν ἐφίμερον κύριον. Σιμαιοῦς ὃ τῷ κυρακέντινη προσεσάλθαι, μὲν δεῖν περὶ τὸ μέτωπον λέγει, περικεχόδης δὲ τῷ τραχύλῳ. Hesychii locus de hac coma mendosus fatis. ἐκτορείας κύριοι), δαύνιοι καὶ πευκέτοι ἔχοντες τὴν ἀπ' ήλιον τοῖς ὄμοιοις περικεχυμένην τρίχα. Meminit eiusdem Euſtarhius Iliad. Φ. Αὐλοὶ δὲ (inquit) τὴν ἐκτορέπεν φιλοῦσι κυράκην περιλαλεῖ καὶ λυκόφρων.

ἐμὲν περιστερόντες οὐλέντες βρέτας) Templo aræ fori

fori, statuē supplicium olim perfugia. Plutarchus περὶ Δέσμων. Εἰς τὸ ληστῆς ἀβέβηλα πολλὰ τῶν ιερῶν, καὶ τολεμεῖς φεύγοντες ἀνάγκηματα (λάθεων), ή ταῦς διάρρεσιν. Iul. Pollux lib. 1. cap. 1. Εἴ δὲ καὶ ἀστλόν πεπι, τότον κρυσφύγετον λέγε, καὶ οὐδὲς ἔρεις, εἴδη θου τοῖς οἰκέταις (lego iökētaiς) ἀσφάλξα. Adde Tit. 12. lib. 1. Cod. De his qui ad Ecclesiam configuiunt, Novellam 17. c. 5. & 7. Statuas autem intellige principum. Vide l. 2. ff. de his qui sunt sui. §. ult. Instit. eed. Tit. 25. lib. 1. C. de his qui ad statuas principum configuiunt. Monuit Tiarda noster.

(εερνών εανήτα) Nigram aut pullam intellige, talem enim Futiis tribuunt Poëtæ. Janus Parrhasius ad Claudiā lib. 3. de Raptu Proserpinæ refert ex Timaeo Daunias mulieres semper pullis vestibue usas, cum de virginibus nubere nolentibus ea heic dicat Lycophron.

Pag. 76. Φχλίωρον τὰς δίνυμφεις τες χεδονον) Homeri Scholiastis Iliad. v. Αἴσινά δὲ οὐδὲ ταῖς της ὄργης ἐπαύσατο. ἀλλὰ καὶ τὰς λοχρίδας ιπάγχασσεν δὴ χλιδαῖς εἰς ἱλιον ἐπικλήση παρθένες τεμέντην. Meminit & Strabo lib. xiii. Αἱ γάνη Λοκρίδες παρθένοι μικρεὺν ὑσεργν ἀξέμεναι ἐπέμποντο καὶ ἔτερο. Id vero Persis deumim imperantibus factitatum narrat ibidem, his verbis. Τὰς δὲ Λοκρίδας πεμφθῆναι περσῶν οὐκινικρατέντων συνέπη. Polybius lib. xii. præterea centum familias delectas fuisse ait, ἐξ ὧν ἐμελον οἱ λοχρῖδες τὴν χειρούν κληροῦν τὰς ἀπνιελησμένας παρθένους εἰς ἱλιον.

ἀκάρπωτοις γάρ συμφλέξας φυτοῖς) Vocat ἀκαρπα φυτὰ infelicia ligna, quæ fructum non ferebant. Quæ vero arbores inter felices & infelices reputatae

tate sint docet simia Gellii Saturnal. lib. 3. cap. 20. Felices arbores esse putantur, quercus, asculus, ilex, süber, fagus, corylus, sorbus, ficus alba, pirus, malus, vitis, prunus, cornus, lotus. Tarquinius Priscus in ostentario arborario. Arbores qua inferum deorum avertentiumque in tutelâ sunt, eas infelice nominant. Alternum sanguinem, filicem, ficum atram, queque baccam nigram nigrosque fructus ferunt, itemque acrifolium, pyrum sylvaticum, ruscum, rubum, sentesque quibus portenta prodigiaque malala comburi jubere oportet. Festus simpliciter fructiferas felices, infuctiferas infelices dictas ait ex Catone. Apuleius in Apologia. Arbor infecunda est infelix, quæ nullum fructum ex se se gignit, tanti est in pretio, quanti lignum ejus truncum. Horatius, Epod. ii.

忿uilesq; falce ramos amputans,  
Feliciores inserit.

Statius Sylv. lib. 3. in Propempt. Metii Celeris.

ubi germe primum

Candida felices sudent opo balsania virge.

Minutius Octavio. Deus enim ligneus rogi fortasse vel stipitis infelicitis portio, suspenditus, ceditur, doloratur, runcinatur. Ut autem arbores felices, ita vulnera felicia dixit idem ille eodem modo. Majoribus enim nostris tam facilis in mendaciis fides fuit, ut temere crediderint etiam alia monstruosa miracula. Scyllam multiplicem, chimeram multiformem, & hydram felicibus vulneribus renascentem. Ad felices arbores vero quod attinet, unguum dialis & capilli segmina operiebatur. Flaminica quoq; dialis in rīca surculumnde arbore felici habebat. Vide

Agellum lib. x cap. xv. Eadem quoq; arbore supplicia caduceatorum erant. Festus. *Supplicia sunt que caduceatores portet: ea sumebantur ex verbenâ felicis arboris, nec enim ex aliâ supplicia fas erat quam de verbenis sumi.* Infelicia verò ligna ad portentorum expiationem adhiberi solita vides ex Lycophrone, & Macrobius. Catullus.

*Voxit si sibi restitutus essem,  
Desissimq; truces vibrare jambos,  
Elegitissima pessimi poeta  
Scripta tardipedi deo daturam  
Infelicibus ustulanda lignis.*

Etiam perduelliores ad arborem infelice suspen-debatur, ut videamus ex lege Romuli, quæ ita ha-bet. *Duum viri perduellionem iudicent. Si à duum-viris provocarit, provocatione certato. Si vincet caput obnubito, infelici arbori suspendito: verberato vel in-trà pomarium, vel intra pomarium, vel extra po-marium.*

*eis δάλασσαν ἐκβεβάσαν σπόδὸν*) Sordes purga-mentorum in aquas mos abiicere vel fluviales vel marinias. Homerus.

*eis ἀλλα λύματ' ἔβαλλον.*

Theocritus *ἡρχαλίσκω.*

*ἵηται σιλλέξασι κόνιν πυρὸς ἀμφιπολῶν τὶς  
εἴσφατο εἰ μάλα τάσσων ὑπὲρ τοταμοῖο φέρεται  
γράμματα εἰς τὰς τεργάς, ὑπὲρ θεον.* —

Virgilii ecloga. viii.

*Fer cineres Amarylli foras, rivoq; fluenti  
Transque caput jace.* —

Valet Flaccus lib. 3.

*Iustramina ponte*

Pono

*Pone jacit, rapidis adolentur cetera flammis.*

Nemesianus.

*ter thure vaporō*

*Lustravit, cineresq; aversæ effudit in annem.* Hinc Cicero pro S. Roscio Amerino. *Non sic nudos in flumen (voluerunt) dejicere, ne cum delatis es- sent in mare, ipsum polluerent, quo cetera, qua vio-lata sunt, expiari putantur.* Euripides.

*Σύλλασσα καλύξ τάσσων τὸν θεώπων κακὸν.*

Quin etiam in trivio projici solita. *Ἄλιχili Scho-liates χορφόροις. ταρὶς άθηναῖοι ἐθεῶν της καθαίρετες οικιαν ὃς εγκίνει θομιατρία, γινθαντες εἰς τὸ τείδος τὸ  
ὑστερακον ἀμεταστεγεῖαι αὐτεχέρουν.* Harpocration. *Δι-  
δυμος αὐτοκλείδω λεξιν ταφαγράφας εἰς τὸν ἔξηγη πο-  
κῶν φοιτ, οἶκον δύματα τὰ καθαρματα λέγεται καὶ ὀπολύ-  
ματα. ταῦτα δὲ ξεφέρειν εἰς τὰς τροιδας. ὅταν τὰς οἰ-  
κίας καθαίρων. Eupolis δίκριτος.*

*οὐν χείνει ταῖς τείδοις καν τοῖσιν οὖξινδυμίοις  
τρέψος τὸ τρόπαιον τῆς πόλεως καίδειαν περιττεῖον  
γότα.*

Petronius. *Quod purgamentum in nocte calcasti  
in trivio? Ad quem locum vide eruditissimas no-  
tas Wouwerii, amici mei.*

*ἢ φαλαγγαῖον κλάδῳ) Variis modis fontes & ho-  
stes olim interficiebant: aut lapidibus, aut gladiis,  
aut fustibus. Cyprianus lib. 1. epist. 111. *Fastes, &  
lapides, & gladios, quos verbis parricidalibus ja-  
bitant, non per horrescimus.* Antiquissimi fustibus:  
Etymologici auctor. *Τὸ ταλαιὸν ξύλοις ἀνηρεύ τὺς  
πολεμίν, νῦνεγν δὲ τῷ ξεφ. Quippe ferri usū adhuc  
ignoto, cum etiam loco gladiorū uterentur fudi-  
bus præacutis. Horatius. *Vnguibus & pugnis, dein  
fusti-***

fustibus, atque ita porro Pugabant armis, que post fabricaverat nūs. Grēcis ex ludes φάλαγξes dicitur. Homeri Schol. Iliad. i.v. Τὸ ταλαιόν ξύλοις ἐμάχοιο. φάλαγξas δὲ ξύλα ἐκάλενται ἀρχαῖοι.

κλανόντες τε ταυνέστε τεθμῷ χαράξας) Ecce veterem morem. Solebant hostes & ientes proscribere, interfectoribus eorum magna mercede per praecomenem promissa. ulpianus ad Demosthenis Orat. περὶ τασσηρεοβείας. Οὐ ταὶ πόλις ἔχῃ τοσός τινα μυστήνταν. ὅπεροδὴ καὶ πιρύτει μιδῶν καὶ χείματα τῷ φονεύσατ. Harpoctation. Οὐ πότε βούλοιτο πόλις, οὐ ἀρχαῖος αἰνεισθῆναι παντὸν μὴ ὄντων ὑπαυτοῖς, ἐκίνυστε δώσοντι χείματα εἴ τις αὐτὸν ἀνελοι, τόσα, καὶ τόσα. καθάπερ ξέρει ἐπεκίνειαν οἱ Ἑλλινες, εἴ τις οὐ γάντα, οὐ νεκρὸν καταράσσει ἀθίναζε, δώσοντι ἐπατὸν τάλαντα. Polyænus Strateg. lib. i.v. Μή δυνάμεντο θίνειν ἀκρανέχουσαν θῶσαν ἐλεῖν, ἐκίνυξε τάλαντα ἐκαίσαν δώσοντι τῷ οὐειναντι Θεόδοτον. Idem lib.v. Αὐτοκολεῖ τῷ Συρακυσίῳ τυρεύννῳ τὸν αναντίαν περίτον διστέλει, καὶ πολλοὺς σικελιώτας κατ’ αὐτὸν συνίσα, καὶ τοῖς ἀνελεῦσιν αὐτὸν ἐκίνειε μεγάλας δαρεὰς. Interpres Historiæ Apollonii Tyrii. Rex ait, fugere quidem potest, sed effugere non potest, continuoq; huiusmodi editum proposuit. Quicunque Tyrium mihi Apollonium, regni mei contemptorem & inimicum vivum exhibuerit, accipiet quinquaginta talenta auri, qui vero caput, centum accipiet. Licet etiam hanc consuetudinem observare in Apuleiana Milesia sexta. Eam proscriptionem ὅπικήν vocabant. Scholiastes Demosthen. loco laudato. Εἴ τικήριξις ὁ ὅπας πόλις οὐ εἴημεν ἐχθρὸν ἔχεσθαι παντὸν ὅπιβελεύοντα αὐτῷ, καὶ βέλοιτο αὐτὸν σινελεῖν, χείματα κηρύξει δουνται τῷ αὐτῷ λόντε

λόντει αὐτῷ. Sed & columnas erigebant, iisque inscribebant. Colligo ex Suida. Διαρέεται ὁ μήλιος ἐπὶ τῶν ἀθέων καὶ ἀπίστων καὶ ἀσεβῶν. Φτῷ δὲ μείζα τὰς ἀλωσιν μήλου φέται εἰν ἀθίναις. τὰ δὲ μυσθεῖα ἔτως ήντειλιχεν. οὓς πολλοὺς ἐκτρέπειν τῆς ἀρετῆς, τοῦτο οὐγένειαν ξαρτὸν αὐτῷ αἰδηναῖσι καὶ εἰν χαλκῇ σύλη ἔγεγραφαν. τῷ μὲν ἀποκτείναντι τάλαντον λαμβάνειν. τῷ δὲ ἀλοντι, δύο.

βειμᾶς) Quod Proserpina βριμῷ vocetur dōcet Apollonii Scholiastes lib. i.ii. nominisque rationem reddit his verbis. Βριμῷ δὲ αὐτῷ περιστήροδε διὰ τὸ φοβερὸν καὶ τὸ καταπληκτὸν τῆς δαίμονος, καὶ φάσματα ὅπιέ μπειν τὰ καλλιενα ἐπετεία, καὶ πολλάκις αὐτῆς μεταβάλλειν τὸ εἶδός, διὰ τὸ εριπόσαν καλεῖδης η παρὰ τὸ βερόμον, τὸ πυρὸς φόρον, λόσιον γράπεται Βερόμον. οὐ γάδερος λαμπταδῦνχος, &c. Hesiodi Schol. lib. i. Βειμᾶς δὲ καὶ οὐ βειμῷ κηρίως οὐ περσέρπην, γγνης δὲ καὶ οὐ δαράτος καλεῖται. οὐδεν τὸ οὐβειμον λέγεται. Propertius lib. ii. eleg. i.i.

— fertur Babēidos undis

Virgineum Brimo compo suisse latus.

Vide Arnobi. lib. v. Fuit & ita appellata Rhea. Theodoreto Therap. Serm. i. οὐδὲ τὸ τῆς Ρέας, οὐ καὶ τῆς Κυβέλης, οὐ τῆς Βειμοῦς, οὐ ὅπος ἀντιτίθεται οὐδεὶς, &c. Apud Orpheum in Argonaut. Proserpina intelligi debet.

— φρῶτος γράφειν

Βειμᾶς τὸ εἰδυνάτοιο γράφειν, οὐδὲ τὸ αἰδηνό.

Adi Canteri Novas.

τρίμορφος) Triformis Hecate etiam à Seneca Hippolito appellatur, & à Val. Flacco lib. i. Argonaut. Tergemina hera: idque hāc de causa, quia

πὺ τεσὶ τάντον

ζὲς χρονίδις τίμος, πόρεν δέ οἱ ἀγλαῖαι δύει,  
μοίει τέχνην γαῖας τε καὶ ἀτρυγκοῖο θαλάσσης,  
ιδὲ καὶ αἰερόπεντος ἐπ' ἔργον εμφορε πῆμα.

ut est apud Hesiodum in Theog. Phurnutus aliter, ωχ ἵπεια ὃ θαυμάτης ἡ ἔκατη τρίμορφος εἰπήκτη  
διὰ τὸ τρία χήματα γενικῶτα φαστοτελεῖν τὴν σελήνην.  
Apollodorus dicit Hecatae trigla sacrificari, quia  
τρίμορφος appelletur. Orpheus tria capita eā ha-  
buisse tradit, dextrum equinum, sinistrum cani-  
num, medium suis agrestis. Ovidius Fast. lib. i.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes.

Servet ut in ternas compita secta vias.

Germanicus. Diana autem Luna dicta est quasi  
diana, eo quod die ac nocte apparet ipsa, & Luna eo  
quod luceat, & Trivia eo quod tribus fungatur figu-  
ris. Prudentius lib. i. contra Symmachum.

Denique cum Luna est, sublustris splendet ami-  
ctu:

Cum succincta jacit calamos, Latonia virgo est:  
Cum subnixa sedet folio Plutonio conjux.

Apuleius Miles, xii. Sed nocturnis ululatibus hor-  
renda Proserpina, triformali specie larvales impetus  
comprimens, terraq[ue] claustra cohicens, lucos diversos  
inerrans, vario culto propitiaris. Cassiodorus Var.  
lib. v. epist. XLII. Primum sibi per lucos & sylvas  
agrestium populorum nota, & venationibus dedita,  
hanc triplicem deam, falsa imaginatione finixerat:  
ipsam in calo Lunam, ipsam in sylvis Dianam, ip-  
sam apud inferos Proserpinam esse affirmantes. Et  
nescio an hunc Lycophronis locum respexerit  
Demetrius Triclinius ad Sophoclis οὐρανοῦ, cum  
ait.

αἰτιοδίαιν ἢ περισφόνητον λέγει ἐν τούτοις πορευο-  
μένην. ή αὐτὴν δὲ τῇ ἑκάτῃ, ὡς ἄλλοι πεποντοί δο-  
κεῖ καὶ λυκόφερην. Hecatae autem cognomento τε-  
μόφορη statua ab Alcamene facta Athenis erat,  
propè simulacrum Victoriæ alis private.

(Ιστοτι σ' ἐπωπίδε) Hecuba cum Polymnestori  
Thraciæ regi ob occisum filium Polydororum (ut  
est apud Virgilium Æneid. III. & Ovid. Met. XIII.)  
irata oculos eruisset, & ob id à Thracibus lapidi-  
bus peteretur, canis facta est. Ovidius,

Clade sui Thracum gens irritata tyranni,  
Troada telorum lapidumq[ue] incessere jactu  
Cœpit: at hoc missum rauco cū murmure faxum  
Morsibus insequitur, rictuq[ue] ad verbo parato  
Latravit conata loqui.

Martialis lib. III. epigramm. XXXII.

Possim Hecubam, possim Nioben, Matrinia,  
sed si

Nondum erit illa canis, nondum erit illa lapis.

Ab Hecate verò transformandam prædictit, quia  
ταῦ σύλλογες τετραποντι.

ut ait Theocitus idyllio β.

κλαγγαῖσι ταρβήσονται) Homines noctu territu-  
ram dicit ubi in canem ab Hecate mutata fuerit,  
quia Hecaten nocturnis spectris & terrificulamen-  
tis præesse credebant. Hac de causa Hecuba ἥμ-  
ψου dicitur à Theocrito in Arâ.

δεικνλα μὴ σίβωτοι λαμπαδεχται;) Solebat quon-  
dam mystæ lampades seu faces ferre in memoriâ  
quæsita facibus à Cerere Proserpinæ. Papinius,  
Sylv. lib. iv. ad Iulium Menecratem.

Tuq[ue] Actæa Ceres cur fu cui semper anhelo  
Voti-

*Votivam taciti quassamus lampada mystæ.  
& Claudianus.*

— sanctasq; faces extollit Eleusis.

Senec.Herc.Fur.v.299.tibi multa fide Longas Eleusinicas tacita jactabo faces.& Hippolit.v.106.Non inter aras Attidum militam choris, Iacture tacitis conscientias sacris faces (libet.) quæ indicavit Tiarda noster. Hinc capio locum Callimachi hymno 3.

Oὐδὲ αἰτέω μέγα τόξον (εμοὶ Κύκλωπες δίστησε  
Αὐτίκε τεχνῶνται, ἐμοὶ δὲ εὐχαριστεῖς ἀεμμα)  
Αὐλὰ φαεσφορίν. —

Scholia stes. ἡ ὅπλα πατάθησεν θεὸς, οὐ αὐτή, διὸ τῇ εἰκάστῃ, ὡς ποὺς μαίευομένες φεράζει εἰς φῶς.

Vide Apollodorū lib.1. Ab hac etiā facium gestatione Sacerdotes Daduchi appellati. Autor (ut monuit Tiarda) Plutarch.in Aristide p.585.

Pag. 78.

ψευδήσει τοι γνωπός σόνεξ Cynosfēma intellegit. Pomp. Mela lib.2.cap.2. Est Cynosfēma tumulus Hecuba, sive ex figurā canis in quam cōversa traditur, sive ex fortunā in quam deciderat humili nomine accepto. Solinus cap.xv.1. Sigēn Asia, in quo tumulus est Cynosfēma dictus, Hecuba sepulcrū. Iul. Pollux lib.5.cap.5. ἔνδεξος ὁ καὶ οὐ ἀπαλάθις χώρα, αὖτε Γάγομα, οὐ δὲ καλυμμάτιος σοῦς ἀπέκτεινεν, ἀφ' οὗ τὸ κυνὸς σῆμα καλυμμάτιος. καὶ ἐπεργάζεται σῆμα ἐν Ἑλλησπόντῳ κεκλίκεσθαι ἐνδέξει κυνὸς, εἰ μὲν πισευτέον, δηπέκαβεν εἰς κυνὸς μορφὴν μεταβαλούσης, ὃτις ωνομάσθαι. Ovidius Metamorp.xi.ii.

— bac missum rauco cum murmure saxum  
Morsibus insequitur, rictuque ad verba parato  
Latravit conata loqui: locus exstat, & ex te  
Nomen habet. —

Adi

Adi Geographos, si plura velis. & Ammianū li.22. ἀδη κελαγῶν θυμάτων ἀπάξεται) Plutoni ut inferorum & tenebrarum regi furuae offerebantur à veteribus hostiæ. Acron hb.111.Od.viii. Superis aptior erat alba viēlma, nam diis infernalibus semper nigra offerri debent. Tibullus.

Interea nigras pecudes promittite Diti.

Huc pertinet fragmentum Varronis ex lib.1. de Scen. Originibus. Cum multa portenta fierent, & matus ac turris, quæ sunt intra portam Collinam & Esquilinam, de celo essent tacta, & ideo libros Sybillinos xv. viri adiissent, renuntiarūt uti Diti patri & Proserpine ludi Terentini in campo Martio fierent, & hostie furiae immolarentur. Arnobius lib.VII. Sed si sexibus sexus pares, id est feminas feminis, males autem hostias diis maribus immolare sacrificiorum, jura prescribunt, qua in coloribus ratio, ut merito his albas illis atras conveniat nigerimafq; maestari? Quia superis diis, inquit, atque omnium dexteritate pollutibus, color latus acceptus est, ac felix hilaritate candoris. At vero diis levis, sedesq; habitantibus inferas, color furvus est gravior, & tristibus suffectus è fucis, &c. Festus. Furvum bovem, id est, nigrum immolabant Averno. Virg.v. Aeneid.

— Huc casta Sibilla

Nigrarum multo pecudum te sanguine dedit. Et vi, ubi de matre Eumenidum & magnâ sorore, id est, nocte & terra Diis inferis.

— Ipse atri velleris agnam

Aeneas matri Eumenidum, magnaq; sorori Ense ferit, sterilemq; tibi Proserpina vacca...  
ubi

ubi Donatus, *Omnia*, inquit, *nigra inferis mactat*,  
*& sterile vaccam: quia nihil ab inferis nascitur: de-*  
*demonstrat quatuor, colorem, genus animalis quin pri-*  
*mo vellere intactum: ergo non attensum & Veneris*  
*immune.* Tibul. 111. eleg. v. in fin.

*Interea nigras pecudes promittite Diei  
 Et nivei lactis pocula mista mero.*

Senec. Oedip. v. 5. c. agens de sacrificio inferoru.

*Nigro bidentes vellere, atque atro boves  
 Retro trahuntur.*

Quæ suggestit Eitzo Tiarda alter ego.

*πλεῖστος ἀπαρχὴς* Α' *παρχὴ* propriè à veteribus dicebantur setæ quas è fronte victimæ evulsas cū molarum parte in ignem, qui in aræ accensus, conjiciebant. erat enim hoc in sacrificiis mortis. Homerus Iliad. 5.

*ἄλλ' οὐχ ἀπαρχόμενοι κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλ-*  
*λων*

*ἀγνοθοῦσι, καὶ επίνυχητο πᾶσι θεοῖσι.*

& Odyss. 9.

*πολλὰ δὲ Αἰθίαι*

*Εἴχελ' ἀπαρχόμενοι κεφαλῆς τείχας ἐν πυρὶ βάλ-*  
*λων.*

Virgilius Aeneid vi.

*Et summas carpens media inter cornua setas  
 Ignibus imposuit sacris libamina prima.*

Alias etiam *παρχὴ* abusivè dicebantur sacrificia, quæ mortuis siebant.

*ἄλλ' ἀξέλαι τε πρὸς γενεθλίαν πλάκα* Intelligit locum Thebanum dictum *Διὸς γοναῖ*, quod ibi natus à quibusdam putetur Iupiter: in quem postea Hectoris ossa transportata. cum enim aliquando multis

multis malis Thebani (qui soli Beotiorū ad Ilium non militaverunt teste Artemidoro lib. iv. cap. lxxv.) affligerentur, consulto oraculo responsum est transportanda è Phrygiā Hectoris ossa, sepe liendaque in loco qui *Διὸς γοναῖ* apud ipsos dicitur. Scholiastes Homeri ad Iliad. v. *Oἱ ἐν Βοιωτίᾳ Θηβαῖοι τις ζόμενοι κακοῖς ἐμαρτύρουσι περὶ ἀπαλλαγῆς, χρησμὸς ἐν αὐτοῖς ἐδόθη, πανσερῆς τῷ θεῖναι εἰπεῖς ἀφεντιοῖς (lego ὀφεντιοῖς) τῆς Ἱραδός Λαέκτος οὐδὲ διακομιδῶν εἰς τὸν παρὰ αὐτοῖς καλύμμενον τόπον ΔΙΟΣ ΤΟΝΑΣ.* Strabo quoque lib. xi 1. ibi loci Hectoris lucum memorat fuisse.

*τὰς πατεροβέρωτας* Vide hanc de re Hesio. Theog. Allegoricè explicat Phurnutus. Οὐ κρόνος λέγεται κατατίνειν τὰ ἐκ τῆς βίας αὐτῷ γινόμενα τέκνα. Εἴληται μὲν οὖν οὐτα πάντα εἰκότας ἐπειδή οὐδα μὲν γίνονται κατὰ τὴν εἰρημένον τῆς κινήσεως λόρρων, πάλιν κατὰ τὴν επειδή αὐτοίς εἰσι ταῦτα καὶ ὁ χόνος δὲ τοιοῦτον. Καὶ, συνανταί τινας ἄλλην τὰ γενόμενα. Adi Cicernem de Nat. deorum.

*νίσσοις μακάρον* Hectorem post mortem beatorum insulas inhabitaturum scribit, ex veterū opinionē, qui eum locum heroibus mortuis assignabant. Hesiodus lib. i. de heroibus agens.

*καὶ τοὶ μὲν γαίσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες  
 ἐν μακάρων νίσσοισι παῖς ἀκεανὸν βαδιστίνιον  
 ἔλβιος πύρως, τοῖσι μελιδέα καρπὸν*

*τρίς Φέττες θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἀρρεφος.*

Plato in Gorgia quibusvis bonis post mortem illam tribuit sedem. Τὸν δὲ δικαῖον τὸν διειλυθότα καὶ οὐσίας ἐπιδάν τελετήσιν, εἰς μακάρους νίσσους ἀπονήσοικεν εν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐντὸς κακῶν. Sed

est etiam μακρύων νῆσος ἡ ἀκρόπολις τῶν εὐ θοαλίς  
Σηβῶν, atque de ea fortè capiendus hic locus. Ait  
verò Hectotem Lycophron propter sacrificandi  
studium in beatorum insulas relatū iri, quò per-  
tinet Theodoreti locus Σεργιατικῆς Scrin. viii.  
Σφέδρα γένις χαίρειν οι ποιητές φασι τῇ λοιβῇ, καὶ τῇ  
κινήσῃ καὶ τῷ ἔχειν γέρες αὐτές εἰσηγέναι λέγουσιν. Μία  
τοι τότο καὶ περὶ τῆς τῶν αἰδητῶν θυσίας ἀποδημεῖν,  
καὶ τὸ ἔλιος πάσους δημιουρεῖν τῆς ἀξίας, ὅπερ δὲ πότε ει-  
ταν τὸν βαρύδενδρον δυτίας κατέλιπε. Neque alia de-  
re capiendi isti versus Homerici Iliad. iv. ubi ita  
affatur Minervam Jupiter.

γένις μοί ποτε βαρύδενδρον δυτίος εἴσοντο;

λοιβῆς τε, κρίωντο πε. τὸ γένιον λάχμεν γέρες ιμεῖς.

ἀγύγηστος λεὼς) Ogygi populum Thebanos  
accipe, quorum civitas ab Ogygo est cōdita, ut est  
apud Vatromen lib. iii. de Re Rust. Cur παρτὸν  
dicat, notum. Vide Palephatum & Ovidium.

Pag. 80. λόβασιν αἰκιδέντες) Malim vertere ignominios &  
truncatos. Nam ita solebat illis facere quos ē me-  
dio sustulissent, ne à manibus eorum infestare-  
tur, atque id vocabant μαζαλίζειν, & ἀκραψιείζειν.  
Polybius de Carthaginētib⁹. Κολοβώσατες ἐν και-  
σιτεῖντες τὰ σκέλη, ἐπ’ ὑπντας ἔρριψαν εἰς πνο-  
τάρεον. Sophocles οὐλέκτης.

σκέλαιοι γένει σοι πεσφιλῶς αὐτῇ δοκεῖ,

γέρες τάδε οὐ τάροισι δέξασθε νέκυς,

οὐ φέντε δακρὺν ἄπιμος ὥστε μαρμενίς

μαζαλίδην.

Scholiafestes, εἰωθεσσοι οι δράσαντες ἐμφύλιον φόνον ἀ-  
κρωτείζειν τοὺς ἀναιρέσθετος, ἐν πάντος μέρες τοῦ  
σύμμαχος ἀποτεμνόμενοι, καὶ περιπλέντες διαυτοῖς τὰ  
ἄκες

ἄκες συνείργετε, διὰ τότον ὁ πόλεις τῶν θύματος ἔκει-  
ται ἀφαιρόμενοι, διὰ τὸ μὴ πατέντεν εἰς ὑπεροχὴν πάντα  
παρ’ ἐκείνων ἐφόρεν δὲ εἰς τοὺς μαζάλας τὰ ἄκες, διὰ  
μαζαλισθίας ἐλέγονται. Demetrius Triclinius. ἔθος  
τοῖς παλαιοῖς ἦν γένος πνα μετεχέσθαι τοῖς ἀκρωτειά-  
σιν αὐτὸν, καὶ ὑπὸ τῆς μαζάλης πάντα πάνεργα τοῦτο  
δὲ ἐποίειν ίνα ἀνίχειν αὐτὸν ἐργάζονται διάτητος τῶν  
ἀκρωτειάς τομῆς πρὸς τὸν αὐτὸν ἀμυνας, πήσις οὐ-  
κερζίους γάντας ἀμύνονται, εἰειννος αὐτοῖς ἀποτελέστον-  
τες. Etymologici auctor. Ήν πάντα μόνον τοῖς δόλο-  
φονίσασι ἀφορώσα τὸν φόνον διὰ τοῦ θελθόντην τοῦ  
ἀκρωτειάσματος. τὰ δὲ ἀκρωτειάσα εἰειντες καὶ σύρρα-  
πτοντες διὰ τῶν γένερος μαζάλων καὶ τεργίχηλων παρε-  
πίδεντο τῷ νεκρῷ. Hesychius, φονεύοντες εἰς ἀπεβολήν  
πνάς οὐ πέρ τοῦ πάντα μητρίας ἐκπλίνει, ἀκρωτειάσαντες  
τὰ μέτελα τούτων, οἷον ὄστην, φινῶν, καὶ ἐρείσαντες ἐκρ-  
μωνται τοῦ τεργίχηλου διὰ τῶν μαζάλων. Reliqua que  
ibi sequuntur vix sine ope membranæ supplenti &  
emendari poterunt. Harpocrat. Οι λυμανίτες  
οι πνας εἰώθασι πεινάπτενται ἀπὸ τὰ ἄκες. Apollo-  
nius lib. i. v.

πνάς δὲ αἰσχυλος εἴδεσθαι τέμνει διαβολός.

ἡ δέμης αὐδέντης δελοκτασίας ιδεῖσθαι.

Scholiafestes. Οι θελθόντην τοῦ ἀκρωτειάσματος πρότερον  
ματά τινα ἐποίειν τοῦ ἀκρωτειάσματος. καὶ πῶτα λαβόντες  
εἴσιθλον τε τεργίχηλον αὐτὸν.

Virgilius Aeneid. iii.

— Polydorūm obturūcat, & auro

Vi ponitur. —

Plenissimè verò eum truncandi morem est vide-  
re lib. vi.

Atque hic Priamidem laniatum corporētoto

Deiphobum vidi, lacerum crudeliter ora,  
Orā, manusq; ambas, populaq; tempora raptis  
Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.

Statius Thebaid. lib. i.

— abruptis & nunc inhumata procorum  
Reliquis truncis ora rigent. —

Terentius Hecyra Act. i. Sc. i.

— ergo propterea te sedulo  
Et moneo, & hortor, ne cuiusquam miserat,

Quin spolies, mutiles, laceres, quenque nocta sit.

Apparet & Romanis non inusitatum hunc morē.

Quintilianus declamat. xi. Laceros video manes,  
& truncas partibus suis umbras. Declamat. xiv.

Facinus quod dicitur inquietare superos, sidera diris  
agitare carminibus, tumulos, busta scrutari, & am-  
putatis cadaveribus ipsas (malim impias) in scelus  
armare manus, fieri non potest ut autorem suum no-  
statim primo prodat aspergētū. Salustius Hist. lib. iv.

In quis notissimus quisque aut malo dependens ver-  
berabatur, aut immutilato corpore in propatulo  
patibulo eminens affigebatur. Ita emendo. Sed,  
nec occisis solum faciebant, verum etiam vivis,  
quos punire volebant. Iustinus lib. xi. Inter hac  
cccc. admodum Græci occurrunt Alexandro, qui  
penam captivitatis truncatā corporum parte tule-  
rant. Huc pertinet historia Zopyri. Mart. lib. ii.  
epigram. lxxxiiii.

F adasti miserum marite mechum,

Et si qui fuerant prius, requirunt.

T runci naribus auribusq; vultus.

Credis te satis esse vindicatum?

Et lib. iii. epigramm. lxxxiv.

Quis tibi persuasit nares absindere mechum?

Non hac peccatum est parte marite tibi.

Atq; eo modo mutilati Laceri dicebantur. Asco-  
nius Verrina 11. Lacer dicitur amputatis à corpore  
sensuum membris, hoc est, auribus, oculis, ve. Feltus.  
Lacer, quod auribus curtae est. Lacerum, quodcū-  
que in corpore imminutum est. Videmus id quoque  
ex Quintiliani & Virgilii verbis citatis. Vocabat  
verò illa præsemina Græci ἀπότελαι, & ἀπόγ-  
ματα. Id autem faciebant, ut initio dixi, ne à ma-  
nibus infestarentur. Credebant enim mortuorū  
animas vagari, & homines maximè inimicos no-  
stu terrificare. Horatius Epod. v.

Quin ubi perire jussus expiravero,

Nocturnus occurram furor,

Petamq; vultus umbra curvis unguibus,

Que vis deorum est manium,

Et inquietis assidens precordiis,

Pavore somnos auferam.

Virgilius Æneid. lib. iv.

Omnibus umbralocis aderso, dabis improbe penas.  
Et apud Apuleium Miles. viii. umbra Lepole-  
mi absterret Chariten à nuptiis Thrasylli interfe-  
ctoris sui. Tunc (ait) inter moras umbra illa misere  
trucidati Lepolemi, sanè (lego sanie) tructa, & pal-  
lore deformem attollens faciem, quietem pudicam  
interpellat uxoris, &c. Elegantiissimus autē locus  
in ejusdem est Apologiā, his verbis. At tibi, A-  
miliane, pro isto mendacio, duat Deus iste Superum  
& Inferum commeator utrorumque Deorum ma-  
lam gratiam, semperq; obvias species mortuorum:  
quidquid umbrarū est usquam, quicquid Lemurū.

quicquid Manium, quicquid Larvarum, oculis tuis  
oggerat: omnia noctis umbras fascula, omnia bustorum  
formidantia, omnia sepulcrorum terriculamenta, à  
quibus tamen aero & merito haud longè abes. Sue-  
tonius Netone. Neque tamē sceleris conscientiam,  
quaquam & militum & Senatus populique gra-  
tulationibus confirmaretur, aut statim, aut unquam  
postea ferre potuit: saxe confessus exagitari se ma-  
ternā specie, verberius Furiarum, ac tidis ardenti-  
bus. Propertius lib. I. Eleg. xix.

*Non ego nunc tristes verear mea Cynthia manes.*  
Quintilianus Declamat. xi. i. *Quoties facta reputa-  
vavi, flagella mentis sonant, ultrices video furias, &  
in quamcumque me partem converti, occurruunt um-  
brae meorum.* Virgil. iv. Aeneid.

*Me patris Anchise quoties humentibus umbris  
Nox aperit terras, quoties astra ignea surgunt  
Admonet in somnis, & turbida terret imago.*

Quem locum suggessit Eitzo Tiarda. Valerius  
Flaccus lib. i.

*Ipsius ego cum serus fessos sopor alligat artus  
Adspicio, meq[ue] assiduus lacera illius umbra*

*Quæstibus, & magni numen maris excitat Helle.  
Dixi noctu territare, nam lucecente die humanis  
sele cōspectibus subtrahebat. Tibul. v. Eleg. vii.*

*Nocte vagæ ferimus: nox clausas liberat umbras,  
Errat & abjecta Cerberus ipse será.*

*Luce jacent leges Letheæ ad stagna reverti.  
Nos uehimur: vectum nauta recenset onus.*

Papin. ii. Theb. de umbrâ Lai:

*Dixit & abscedens: etenim jam pallida turbant  
Sidera noctis equi.*

Clau-

Claudian.de Theodosii.

*Dixit, & afflatus vicino sole refugit.*

Apud Virg. etiam v. Aeneid. Anchise umbra cau-  
satur solem oriri, ut Aeneam dimittat.

*Et me savus equis Oriens afflavit anhelis.*

Indicavit Tiarda.

*Ἐξοχον πάμις γένεται) Roma hæc mulier quædam  
Troiana fuit, quæ una cum Aenea in Italiam de-  
venit, & nupta Latino Aborigintum regi Remum  
& Romulum peperit, qui urbem cum condidis-  
sent, Romanam eam à mattis nomine dixerunt.  
Dion. Hal.lib. i. Καλλιας δὲ τας ἀγαδοκλέους πρά-  
ξεις ἀναγεγρας, Ρώμην τινὰ τρωάδα τῶν ἀφίκουμέ-  
